



EPHEMERIDVM

Loca ☉ ex Tychone pro verum ... 8 ... 43 ...

czyma na giez gimnaci wrausse
tany y ostoki na debnych ...
czanie ... ...
pro ... ...

Vitiora enim largius
emetimur.

...
... na wielki ...

Epochas a meridie Calendarum Jan... incipere est dicam anni extra annum locare. Prudenter antiqui inchoabant a meridie Calendarum ... ut prima dies numerando terminaretur in ipso meridie. Vid... et Copernicus facit a media nocte Romano.

Ad investigandos numeros a quopiam secreto conceptos infra 990.

assumuntur primi inter se per quos dividitur conceptus et residua tantum dicantur.	9	550	Numeri in residua multiplicandi.	Divisor aggregati 990
	10	891		
	11	540		

Quod si adderetur quartus addebatur verbi gratia 31 qui primus est cum his 9, 10, 11 inter se poterunt omnes numeri concepti investigari infra 30690, sed alii numeri tunc in residua erunt multiplicandi.

Omnis sphaerae superficies quadrupla est maximi circuli eorum qui sunt in ipsa sphaera. Archimedes de sphaera et cylindro.

Omnis portionis sphaerae superficiei aequalis est circulus cuius radius aequalis est rectae lineae a vertice portionis in circumferentiam basis ductae. Idem ibidem.

Keplerus una manu aedificat Astronomiam altera diruit. Quid enim certum esse potest in omni motuum doctrina aequalitate primi motus sublata? Vide tabulas Rudolphinas.

Itaque potest illud usurpari Terentianum in Phormione. Fecistis probe incertior sum multo quam dudum.

Idem Keplerus sublata Astrologia et in Rudolphinis auxit affectus ... quibus ... ad chronologicas ... [conjectural]

		...		
Divisores primi inter se	9	27280	Numeri in residua multiplicandi	Divisor aggregati 30690
	10	27621		
	11	22320		
	31	14850		

pestIs beLLa faMes absInt paX VIVIDa VIVat

Laurentius Maiolus De gradibus Medicinarum in 4to 1497.
Dopisy te są rzeczy o Broszyusza.

Jani Dubravii Episcopi Olomucensis De piscinis lib. V.
Ad Illustr. V. Antonium Fuggarum Baronem Kirchemii et
Item Hippocratis Coi aphorismorum libr. duo versibus redditi Norimbergae Typis Ludovici Lochneri
Sumptibus Joannis Liebi Anno 1623
edidit G Remus I.C.

Topir prze... tak
Sitwara tak i tak
y wszytek y wszystko

Maranta De ordine iudiciorum.

Intereunt pisces si in exigua nimis aqua diutius stabulentur non aliter quam caetera animantia si in exiguo aere claudantur exemplo animalium naturae indagator Aristoteles testis est. Quum si accidat ut vel aliunde piscibus immineat perniciens, aut a Verbasco in piscinas proiecto, aut a Cyclamini radice quam idem ἰχθυοτέραν cognominant, aut a lacte Tithymali herbae quam aliqui caprinam lactucam Cornelius marinam appellat: hinc item nihil magis expediat quam aquas mutare renovareque. Hoc eodem lacte Tithymali si corpus alicuius inscriptum et postquam inaruit inscriptio cinere conspersum fuerit: narrant apparere literas ut illas vel adulterae queant legere. Superbit exitium piscibus aristolochia molitur siquidem refert Plinius etc. Est et cannabis succus amarus piscibus mortifer, propter quod nos qui in regionibus nostris tam cannabi quam piscibus abundamus lege atque multa vetamus ne cui liceat cannabim iuxta piscinas macerare. Contra Apium omnibus piscibus morbo laborantibus maxime est salutare, hoc ipso Plinio libro XX prodente.

Teuffels-milch.

Ex Jano Dubravio Epo Olomucensi

Philippus rex Hispaniae natus est 1605 die 8 Aprilis hora 9 post meridiem Vallisoleti altitudo poli 42 graduum ascendente gradu 15

NB Dibuadius in praefatione super librum quintum Elementorum Euclidis — Communis hic liber est plurimis artibus et scientiis Magnae enim in Musica, Astronomia, Geographia, Perspectiva et Arithmetica vis est. Tantum revolutiones mundi, mutationes imperiorum miracula naturae, cum hac proportionum doctrina commercium habent et philosophus hac arte instructus plurima solerti ingenio quasi Numina tactus ex abysso naturae arcana eruere possit; nec errori involvetur nisi cum auctor ille et conditor rerum Deus potenti vi sua Naturae ordinem immutet.

X in quibus regula proportionum fallat

℞ Ung. Popul. ℥iiij
Ol. rosar. ℥j
Succ. plantag. ℥ß
Misce fiat cum lento igne Ungu.

℞ salis vini ℥j
Tragacant.
alum. ana ℥j
fiat pulvis ponatur in patella cog. in aceto bono
gptu ghbuhox..
ff p.

Ephemerides monstrant nobis opticam ~~planetarum~~ apparentiam in Zodiaco: intervalla siderum physica non monstrant. exempli gratia Lunam Saturno iungi vel ad Pleiades accedere. at quanto tamen spacio sese invicem distant!

CXXXIV

Epochæ ad annum Christi Domini 1645 completum per ultimam Decembris meridie

9	10	11	26	Medii motus ☉
3	6	30	20	Apogæi Solis
0	28	15	14	Fixarum
2	22	42	18	Medii motus ☽
8	19	37	4	Apogæi
4	11	56	43	☊ regredientis.
1	8	38	17	Medii motus ♄
8	26	54	20	Apogæi
3	21	53	32	☊ Saturni
2	26	9	20	Medii motus ♃
6	7	27	23	Apogæi
3	5	28	36	☊ Jovis
9	5	6	46	Medii motus ♂
4	29	50	5	Apogæi
1	17	14	19	☊ Martis
0	28	6	51	Medii motus ♀
10	2	12	52	Apogæi
2	13	35	59	☊ Veneris
10	24	17	28	Medii motus ☿
8	14	8	22	Apogæi
1	13	29	16	☊ Mercurii

♄	0	38	38	17
♂	4	35	6	46
Superatio	2	3	32	31

Pars Altera
EPHEMERIDUM
NOVARUM ET MOTUUM COELESTIUM
DECENNALIS

Ab Anno Æræ Christianæ 1641. incipientium, & in annum 1650. desinentium.

In Luminarium motibus & Eclipsibus ex Tabulis Danicis CHRISTIANI S. LONGOMONTANI, in reliquis Planetis ex Tabulis Rudolphinis JOANNIS KEPLERI juxta exquisitas Nob. TYCHONIS BRAHEI observationes constructis, debitâ diligentiâ elaborata & supputata

à

LAURENTIO EICHSTADIO, Med. D. & Physico Ordinario in Veteri Sedino Pomeranorum.

CUM PÆDIA ASTRONOMICA CONTINUATA.



STETINI, Typis & Impensis DAVIDIS RHETII,
M. DC. XXXVI.

Emendanda & adjicienda in priori & hac Ephemeridum parte.

ETſi, B. L. non exiguam adhibui diligentiam, ut Tibi utramq; Ephemeridum partem, quàm emendatiſſimam exhiberem, nihilominus tamen quum primã partem denuo diligentius reviderem, inter deſcribendũ amanuenſi manum meã non ſatis adſequente, menda haut diſſimulanda irrepſiſſe, deprehendi. Quia v. factum infectum fieri nequit, ſecundum Comicum, volui, imò debui, in hac altera Ephemeridum parte Te notatione erratorum cùm ſublevare tùm excitare. Nam me non ubivis ſatis oculatum fuiſſe nunc ingenuè fateor. Imò quis tam Lynceus extiterit, qui tali tamq́ue ſpinoſo in labore nuſquam impingat, nuſquam hallucinetur? Reſtat igitur candorem tuum L. B obteſtar & obſecrem, ut ubicunq; dormitavero vigilantia tuâ accurataq; inſpectione ſuppetias feras, & præter errata ad calcem primæ partis Ephemeridum annotata, hæc quoq; addas, antequam eaṙum Lectionem aggrediaris.

In prima Ephemeridum parte adhuc corrigenda & omiſſa addenda.

IN PÆDIA. pag. 9. lin. 16. lege 5. *ſec* p. 11. 16. *l.* 29. *min.* ib. 17 *l.* 7. *grad.* ibid. 21. *l.* ☌☽♂ p. 27. 2. *l.* 26. *min.* ib. 4. *l.* 9. *min.* ib. 16. *l.* 252 *gr.* ib. *l.* 16. *hor.* 48. *min.* ib. 17. *l* 52. *min.* ib. *l. horar.* 8. *min.* ib. 18 *l.* 34. *min.* ib *l. occaſ* ☉ 8 *hor.* 26 *min.* p. 28. 15. *l. declinatione Borea* . ib. 16. *l. auſtrali ſtellæ*. p. 30. 18 *l. declinatio auſtralis* 4 *grad.* p. 87. lucidæ Coronæ A. R. & decl. ad an. 1700. *l. A. R.* 230 *gr.* 31 / *decl.* 27. *gr.* 45 / p. 97. 6. *l.* 0. 23.

IN EPHEM. A. M.DC.XXXVI. in calc Ecl. ☽. *l. argum. Latit.* ☽ 3 *ſex.* 9 *gr.* menſ. *IAN* die 20. ſub ☽ longit. pag 1 *l.* 13. 25. pag. 2. d. 17. *adde* Q♄♂. d. 21. *adde* Bq♃☿ d. 22. *adde* Sſ. ♀☿. *MAII* d 26. *l. Aſc Dom.* JVNII p. 1. in fronte ſub Lat. ☿. *l. S A.* pag 2. die 29. *l.* ☌♃♀ JVLII pag. 2 die 18. *dele* Bq ☉♄, *& adde die* 27. *eundem.* AVGVSTI pag. 2 d. 18. *adde* Q♃♂. d 23 *dele* Q♃♂. SEPTEMB. p. 2. d. 9 *adde* Q♂♀. d. 11. Q☉♂. NOVEMBRIS pag. 2. d. 21. *adde* ☿ *orient.* d. 29. *adde* Sſ. ♀☿. DECEMBR. p 2. d 1. *dele* Sſ ♀☿ *ferè.* d. 4. *adde* Sſ ♄♂.

In EPH. anni M.DC.XXXVII. FEBRVAR. pag 2 d. 2. *adde* Sſ. ♂☿. die 4 *dele* △♃☿. d. 21. *l* ☍♃☿. MARTII, p. 2. d. 11. *adde* ☿ *Orient.* d. 12. *adde* Sſ. ♂☿. APRILIS p 2. d. 25. *dele* ☍♃☿. d. 29. *adde* Sſ ♂♀. Sſ ♂☿. MAII p. 2. d. 4 *adde* △♄♃ *tardus* d. 7. dele *ferè.* JVNII p 2. d. 14. *adde* ♂ *oriental.* AVGVSTI p. 1. ſub ☉ die 1. *l.* 18. 46. 56. OCTOBR. p. 2. d 30 *adde* ✱♂☿. NOVEMBR. p. 2. d. 6. *adde* Sſ ☉♃.

Jn EPHEM. A. M.DC.XXXIIX. JANVAR. p. 2. ſub ☿ *lege Orient.* d 6. *adde* ☿ *Occident.* d. 7. adde ♄ *Orient.* d. 16. adde Q♄♂. d. 21. *adde* Td♃☿. FEBR. p. 2. d. 5 *adde* Td ♂☿. d. 20. *adde* ☿ *Orient.* MARTII p. 1. d. 17 ſub ☉ *l.* 6. 56. 11. APRIL. p. 2.

d. 9. *adde*

d.9 *adde ♃ Occid.* d.13.*add.☌ ♀☿.* d.27.add.*Bq ☉♂.*d.30. *adde ☿ Occid. Maii* 2.d.29.*adde ♂ Occid.* *Junii* p.2.d.27.*adde Bq.☉♂.* d 28.*adde ☿ Orient.* *Juli* p.2.d.16 *adde ♄ Occid. Augusti* p 2.d.12 *adde ☿ Occid.* d.16. *adde Bq ♄☿.Oct* p.2.d.22.*adde ☿ Orient.* d.28.*adde ♃ Orient. Decembr.*p.1.sub Lat.♃ d.12 *l.* p.2.d.18. *adde ☿ Occid.*

In Ephem. A. M.DC.XXXIX. sub latitud. ♃ lege per totum an. S in titu p.1.d.8.*l.Q.♃☿.*d.19. *adde ♄ Orient. Febrvar.* p.2. d.8. *adde ✶♂☿.* d.18 *add. Q♃☿.* d.23 *adde ☌.♀☿. Martii* p.2.d 24.*l.Td ♃☿. April.*p.2.d.12.*l.Q♄☿.Ma* p.2.d.13.*dele Bq♃☿* d.25.dele *ferè.* *Junii* p.2. d.28.*adde ☌.♂☿ platicus.* *Jul.* p.2.d.4.*adde Bq♃☿* d.28.*adde ♄ Occid. Augusti* p.2.d.13.*l Q ♃☿ Septe* p.2.d.10.*adde Td♄☿.* d.27.*adde ✶♀☿ Octobr* p.2.d.2.*adde ☌.♂☿ Novembr* p.2.d.10.*adde ☌♀☿. Decemb* p.2.d.9.*adde ☌♀☿.* d.14 *l.✶♂☿.*

In Ephem. A.M.DC.XL. colum.3.*l Longitudo med.*☉ 9.20.28.43. *Mot. medius* ♀ 4.13 44.53.*Aphelion* ♀ 10.2.5.5. Lat. ♃ usq; ad Jul. mens. est S. n. per totum M. *Janvar* p.2.d.22. sub ☉ *l* 12.23.26.p.2.d.28.*l.☌♃☿. Febr.* d.4. *adde ☌.♃☿. Maii* p 1.d.25. sub ☉ *l.*14.11.1. p.2. d.18. *add.☌ ♀☿.* d.19 *add. Td ♂☿.* *Junii* p.1.d.30. sub ☉.*l.*18.28.0. p 2. d.20. *add. Td ♂☿. Augusti* p. d.18. *adde Bq♄☿.* d 25. *adde ☌♀☿. September.* p.2.d.11. *adde Bq♂♀. Octobr* p. d.4. *adde Bq♂☿. Novemb.* p.2 d.4. *l.Td ♂☿. December.* p.2.d 12. *adde Q♂☿.* 26. *adde Q♂☿.*

Sequuntur sphalmata secundæ partis Ephemeridum.

In Pædia pag.78 lin.5. lege, *est Latitudo quæsita.* pag.94.24. *l occasus a cronychus.* p.95.4. *l.*28 *gr.*50/♏. p.97 6.*l.Olympiadis* 49.p.98.33. *l exercens* p 103.8.&15.*l.cepi.* p.105 3. *l. reliquis.* p.117.19. *l.Horizontis.* p.122.24.*l. gr.*30.*m.* p 126.31.*l.huic.* p.127.26.*l. peculiarem.*p.272.10.*l. pœnæ.*&20.*l aliqu.* p.273.18.*l.calculandam.* p.329.25. *l.lassitudo* p 334.13 *l. auget.* p.336.3 *l ob.. xit* ibid. 10. *l attulit.* Schema Eclipsis ☽naris ad annum Christi 16..1. scriptoris incuriâ depravatum vides: debuit enim utrumq; corpus ☽æ intra circulum exteriorem poni, quum ille posuerit extra.

Quæ verò in Pædia tumultuariè & sine ordine jam videntur posita tertia subsequutura parte in certum ordinem redigam, & quæ adhuc stant, *De Epochis diversis, Thematographia, Genethliacis &c.* supplere stude. Deus ter opt. ter max. cymbam nostram Astronomicam in hac commu. naufraga tempestate ad portum tranquillitatis clementer bona aura subducat: Ita enim propediem tertia Ephemeridum quindecennalium pars subsequetur.



MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, SPLENDORE GENERIS, PIETATE, autoritate, prudentia, & rerum usu eminentissimis Viris,

Dnn. Consuli, Consularibus, Syndicis, & reliquis Senatoribus Imperialis liberæ & inclytæ Reipubl. HAMBURGENSIS, Dominis summa mihi observantia colendis.

LAURENTIUS EICHSTADIUS, Med. D.

S. D.



Uo sunt, VIRI MAGNI, hominum literatorum genera, unum eorum, qui ætatem in speculatrice rerum naturalium abditarumque notitia transigunt, & in nuda contemplatione unicè acquiescentes ista mentis exercitatione non minùs utili quàm jucunda, veritatis præsidium ac conservationem quærunt, seseq; & alios oblectant. Alterum illorum est, qui reperta Philosophiæ contemplativæ communi vitæ usui accommodare laborant. Etsi verò prius illud Philosophorum genus summopere laudandum est, eò quod ad consequendam variam rerum cognitio-

nem, omnes intellectus sui vires unicè intendat: tamen nec alterum illud malè sentire videtur, quia contemplativæ Philosophiæ vel partem vel speciem aliquam ad effectionem seu operis molitionem refert: siquidem à Philosophorum principe illud tritum non frustra inculcatum fuit: ἡ τέχνη μιμεῖται τὴν φύσιν: id est, *ars imitatur naturam*, *2. phys. cap. 2. text. 22 4. meteor. cap. 7. 7. politic.* & alibi; Hinc Antiphon apud eundem in principio quæstionum mechanicarum dixit: τέχνῃ (γὰρ) κρατοῦμεν ὧν φύσει νικώμεθα.

Arte enim superamus ea, à quibus natura vincimur. Hinc illud vulgatum ait Philosophorum dictum, *Scientias peperit admiratio, artes indigentia seu paupertas.* Quapropter nec illi Astronomi vituperandi erunt, qui luculenter ostendunt, quod ex Astronomia, non saltem in reliquas Theoreticæ Philosophiæ partes, sed & in omne vitæ genus artesque utilitates uberrimæ redundent.

Primùm enim sideralis scientia Philosophiæ studioso ad primam Philosophiam iter instruit, assuefaciens eum à sensibus abstrahere & abstracta intellectui subjicere. Etenim licet Astronomia circa sensibilia, Astra nimirum, versetur, tamen non ea ut sensibilia corpora, sed secundum rationem rei Mathematicæ; non secundum principia motus, sed secundum quod astra quanta sint, tractat: hinc distantias, situs & magnitudinem siderum, ope Arithmeticæ & Geometriæ pervestigat. Proinde quum hæc præstantissima scientia circa ea quæ à materia sensibili abstracta, & in materia intelligibili posita sunt, versetur, eò melius Philosophus huius peritus universalia entia intellectu apprehendere poterit. At quando Astronomus quantitatem motumque siderum considerat, eum tandem ad primum motorem astrorum naturali indagatione, imo tandem ad id, quod est supra & extra omnem motũ, penetrare verisimile est, quippe illud quod est extra motum est ens infinitum, adeoque architectus totius mundi, communisq; siderum hominumque pater JEHOVAH: ita enim intellectus, omnium rerum dictator, in Philosophia transnaturali rectè inferre docet. Hinc & Stagyrita de universa humana sapientia bene meritus, ex numero orbium cœlestium, numerum Intelligentiarum, *lib. 12. physic.* collegit.

Deinde etiam naturalis Philosophus multa ab Astronomis inventa & demonstrata usurpat, sicut nec Aristoteles, *lib. 2. de Cœlo*, & aliis in locis diffitetur. Disceptatum hactenus fuit diu à Physicis, *sitne Galaxia meteoron, vel substantia quadam cœlestis?* Averroës apertè dubitat, quod Galaxia sit trajectio quædam aërea: fatetur enim se Cordubæ in Hispania, & Marochi in Africa in eodem prorsus lacteæ viæ margine Aquilæ sidus aspexisse: quod in illa civitatum distantia fieri non potuisset, si galaxia in sublunari aëris regione:

hæreret

hæreret: quandoquidem inſignem tanta diverſitas locorum parallaxin in viſione inferret. Proinde Nobiliſſimus Aſtronomus Tycho Brahe, *lib. 1. progymnaſm. Aſtron. pag. 795.* demonſtrat, quod lacteus circulus ſit ſubſtantia quædam cœleſtis, à materia reliquarum ſtellarum non diſcrepans, per medium fixarum orbem incedens, illumq́ue in duo apparentia hæmiſphæria dividens. Galilæus Galilæi, *in nuncio ſiderio, pag.* 32. refert, quod Teleſcopij beneficio hanc ſemitam Jacobi diligenter conſpiciens, deprehenderit, hanc viam ſideriis gemmis eſſe ſtratam, & proinde unum continuum ignem, obtuſum tamen, & lactei coloris æmulum referre. Deſcribit igitur galaxiam, quod ſit innumerarum ſtellarum acervatim conſitarum congeries, ſeu circulus luminoſus, ex minutiſſimis firmamenti ſideribus concinnatus, cœlum per ♊ & ♐ in duo hæmiſphæria dividens. Hic circulus tamen non perfectus eſt, ſed aliis in partibus deflectit, & tortuoſus fit; alibi enim duplex, triplexq́ue excurrit, ut inter cygnum, ubi latiſſimus. Joſephus Acoſta, *lib. 1. hiſtoriæ Indicæ, cap.* 2. obſervavit, circa polum auſtralem galaxiam mirificè ſplendeſcere, multiſq́ue locis maculis deficientis Lunæ inſtar diſtinctam eſſe, eaſq́ue immobiles perſeverare.

Adhæc cauſſam motus reciproci maris, hoc eſt, fluxus atque refluxus ejus, nonnulli Phyſici ventis, alii aquæ evaporationi; alii ſenſui animali terræ; nonnulli etiam ſpiritibus partim ſub mari, partim circa mare verſantibus tribuerunt. At cùm Aſtronomi animadverterint, mare ebullire & intumeſcere ſub perpendiculo Lunæ, vel ſupra vel infra terram exiſtentes, idcoq́ue illi rectiùs cauſſam æſtus maris virtuti Lunæ magneticæ aſſcripſerunt: hæc enim ſpiritum aquæ marinæ motorem ſolicitat, & in aërem quaſi attrahit, unde Oceanus intumeſcere, & cumulus aquarum augeri, mareq́ue aſſurgere & litora replere incipit, unde motus aquarum in altum maximè deprehenditur. Luna igitur perpendiculariter mari im̃inens & ab Horizonte ad lineam meridiei vel mediæ noctis aſcendens cauſſa æſtus maris ſufficiens eſſe poteſt: ita ut prætereunte & deſcendente ☽ è perpendiculo loci unius cumulus ille aquarum rurſus ſubſideat. Reliquas verò motus maris varietates iter ejus ad centrum terræ non ſemper directum efficere poteſt: declinat enim, quando depreſſum invenit alveum; ſtagnat, ubi in æquabilitatem Soli incidit; eſt ubi in gurgites rotatur, ſi perniciori lapſu in procurrentes ſcopulos impegerit. Declinatio igitur, ſtagnatio, & vortices aquarum ab extraneis & adventitiis Soli cauſſis, æſtus verò maris à magnetica Lunæ virtute ſpiritum aquæ marinæ impellente proficiſcitur.

Præterea πλόϊμξις ſeu via magnetis in æquilibrio ſe ſead polos mundi convertendi magnum quidem uſum in Gæodæſia, Geographia, arte me-

chanica, bellica, metallica, nautica, & architectonica, ut quæ Philosophis antiquis, (Platoni, Aristoteli, Theophrasto, Dioscoridi, Plinio, Solino, &c.) incognita fuit, magnum præstat usum; cùm tamen rarissimè obelus magnetis exactè ad suum polum dirigatur, nec acus exquisitè in lineam meridianam cadat, adeo ut interdum ad 20 gradus declinet; ideoque Astronomia ejus imperfectionem corrigere, & declinationem ejus à puncto Septentrionis præcisè juxta gradus Horizontis indicare potest. Observavi enim apud nos, Magnetem ad novem, quandoque etiam ad undecim gradus à polo versus alterutram partem deflectere. Quod si igitur quispiam hanc declinationem ab Astronomia corrigendam in usu magneticæ acus neglexerit, is certè à scopo sibi præfixo non potest non magnopere aberrare.

Exinde multa Astronomiæ insunt, quorum usus in vita humana se longè lateque diffundit. Quandoquidem annum ejusque partes legitima periodo, observatis exactè Æquinoctiis ac Solstitiis, circumscribit, mēstrua spacia rectè definit, dierum noctiumque vices, intervalla, quantitatesque examussim determinat, demonstrat & distinguit; imò certam rationem reddit, rerum quæ mirabiles & pæne impossibiles esse videntur, nimirum cur Naucleri, qui nave ab Occidente in Orientem mare trajiciunt, plerumque absoluto curriculo itineris maritimi in suis fastis die abundent; illi verò qui ab Oriente Occidentem versus navigant, uno interdum deficiant? Isti enim, cùm pelagus ad motum Solis diurnum decurrant, ob celeritatem motus navis, elapso aliquot mensium spacio, se insciis integrum diem quasi intercalare queunt: illis verò deest unus dies, qui curriculo navis obnituntur motui Solis, cujus rei duas celebres longasque navigationes testes producam. Quædam navis ductu Ferdinandi Magellani ex Hispania 20. Septembr. an Chr. 1519. discedens per antarcticum fretum, via ad Indos facta, & proinde ab occasu in ortum tendens, reversa est elapso ferè triennio, anno Christi 1522. 6. Septemb. Naucleri v. in suo diario numerarunt diem 7. Septemb. adeoque unum diem abundarunt; sicut Cardanus, *lib. 12. de rerum varietate,* hanc historiam, ex *Cizæ, Tomo 2. histor. Peruvia*, recenset. Notum quoque est ex solenni navigatione à Belgis anno Christi 1623. instituta, & publicis typis evulgata, quod illi solventes anno 1623. versus occasum navigaverint, & mense Martio anno 1625. ad Moluccas Insulas appulerint, ubi secundum diarium suum egerunt diem quintam Martii, alii verò in hisce lo[cis] commorantes diem 6 numerarunt; atque ita unum diem desiderarunt [in] fastis; contrarium iis accidit, qui in Orienté ex Occidente trajicientes [...] redierunt. Hæc differentia sanè Judæis peregrinantibus scrupu[lum] [...] de celebrando Paschatis festo injicere posset, quando alii

plus,

plus, alii minùs in diebus numerant, præsertim quando sibi ab utraque plaga mundi, Oriente & Occidente obviaverint. Sed hanc controversiam horum Rabbinis decidendam relinquimus: noster scopus hîc est ostendere, quod illi exactè temporum rationem digerere noverint, qui sideralis scientiæ non sunt imperiti, quiq; instructi cognitione motuum & eclipsium Luminarium: illi enim complures intervallorum epochas asserere stabilireq; queunt. Non ignobiles enim Historici res gestas eclipsibus vel Solis vel Lunæ alligant, ex quarum notitia istius temporis scientia impetrari potest: tempus enim originem ducit à cœlo, & ab ejus motu conversioneque potissimum dependet, id quod uberius in mea Eclipsigraphia huic parti inserta aliquot exemplis ostendi, pluraque in lectione Historicorum quotidiè occurrere possunt. Annon gravissimi autores ex. gr. Halicarnasseus, *lib.* 1. *Rom. antiquit. cap.* 10. *& lib.* 2. *cap.* 6. Plutarchus, *in Romulo*, Eusebius, *in Chronico, num* 1244. Seneca, *epistol.* 108. Cicero *in somn. Scipion.* Valer. Max. *lib.* 5. *cap.* 2. Augustinus *lib.* 3. *de civitate Dei cap.* 15. scribunt, quod in conceptu Remi & Romuli totus Sol defecerit, idemque rursus in discessu Romuli factum sit? Fidem huic historiæ epilogismus eclipsium conciliat. Etenim calculus nostrarum tabularum Eclipsigraphicarum prodit hâc conceptionem factam esse anno M. 3172. die 4. April ad Calendar. Julianum, hora 10 minut. 11. ante meridiem, in meridiano Romano, in ♉ gr. 41 min. ♈. Digitiq; Ecliptici ferè 9 evadunt. Posterior obscuratio Solis accidit anno M. 3235. die 26. Maji, h. 7. p.m. ubi itidem ☉ ultra 8 digitos defecit, & Luminaria secundum restitutum calculum in 26. gr. 11 / ♉ exstiterunt. Interstitium hoc annorum cum ætate Romuli & regni 37. egregiè consentit. Atque ita fides tot gravissimis autoribus restituitur, quæ alioquin negatione hujus geminæ eclipsis labefactaretur.

De Thaletis Milesij ætate à me disquisitum est *in Corollario problematis 7. huius pædiæ astronomicæ.* Cùm autem Plinius, *lib.* 2. *nat. hist. cap.* 12. Cicero, *lib.* 1. *de divinatione*, Solinus, *cap.* 25. Plutarch. *lib* 2. *de placitis Philosoph. cap.* 24. literis de eo prodiderint, quod apud Græcos primus rationes defectus luminarium investigaverit, & nominatim Solinus l.d atque Eusebius, *lib.* 2. *Chronic. num* 1430. recenseant, quod anno tertio Olympiadis 49. defectum Solis prædixerit, Plinius autem ad annum quartum Olympiadis 48. eum adstringat; idcirco calculus Eclipsigraphicus hanc litem dirimere potest, uter eorum rectiùs tempus eclipsis Solis denominaverit. Audiamus etiam hîc Herodotum, qui *libro* 1. *de bello inter Lydos & Medos*, ita scriptum reliquit: *Sexto anno pugnâ consertâ accidit durante conflictu, ut ex die repente nox efficeretur. Hanc diei mutationem Thales Milesius Ionibus prædixit futuram, tempus addens quo*

mutatio

mutatio ista facta est Büntingus hîc quidem Plinio adhæret, atque hoc Solis deliquium anno quarto Olympiadis 48. alligat, idque ex calculo Prutenico 11. digitorum cum dimidio facit: Verùm fallitur hîc ille Vir, alioquin longè diligentissimus in calculo eclipsium memorabilium ante & post natum Christum. Nam etsi hoc anno, qui nobis est annus mundi 3367. d. 22. Octobr. manè ante 6. interlunium eclipticum acciderit: tamen cùm Sol eo tempore nondum in Græcia oriri potuerit, idcirco illa Eclipsis neque Sardibus Lydiæ, neque in Græcia, neque Romæ conspici potuit, sed ab illis populis qui per duas horas hisce locis occidentaliores fuerunt. Itaque nostræ tabulæ numero Pliniano mendum inesse, hancq; eclipsin biennio post accidisse, anno scilicet tertio finiente Olympiadis 49. ostendunt, anno M. ad Sethi Calvisij Chronologiam nostrasque Tabulas 3369. die 16. Martij, fer. 6 Et quidem Sardibus Lydiæ apparens tempus totalis obscurationis Solis incidit in horam 8. min 13. ante meridiem, & luminaria in 19. gr. 18. m. ♓ versata sunt, Tabulæq; hanc eclipsin 8. propemodum digitorum faciunt. Quod si forsan nobis hîc quispiam objiciat, Tabulas nostras hanc eclipsin non totalem exhibere, ille sciat, nondum satis exploratas & perspectas esse differentias Longitudinum locorum: proinde si Sardes Lydiæ orientaliores constituamus, quàm receptæ Tabulæ mōstrant, ita ut visa eclipsis ☉is ad horam 10. antemeridianam accedat, omnino calculus noster Astronomicus hanc defectionem Solis omnimodam præbebit. Deinde etiam reliquum ἐπιπροσθήσει nebularum compensari potuit, cujus rei Optici rationem reddunt. Jam ex infallibili hujus temporis charactere, Herodoti locus emendandus est, ut pro Cyaxare Astyages intelligatur, atque ex collatione gravissimorum autorum, Herodoti, *lib.* 1. qui *Clio* inscribitur, Eudemi, *in historiis Astrologicis* teste Clemente Alexandrino, *lib* 1. *Stromat.* Eusebii, *posteriore lib Chronic Olympiade* 48. Ciceronis, *lib.* 1 *de divinatione*, Plinii, *lib.* 2. *nat. hist. c.* 12 Solini Polyhistor. *cap.* 25. qui historiæ huius & eclipsis mentionem faciunt, fides utrique restitui potest. *Thales Milesius primus omnium investigavit defectus utriusque Luminaris rationem, & Ionibus prædixit Eclipsin Solis eo tempore, cùm Astyages filius Cyaxaris Rex in Media, & Alyattes Crœsi filius in Lydia, anno tertio Olympiadis* 49, *& anno urbis conditæ* 172. *ad apertum prælium descenderent. Interventu autem huius defectionis Solis & mutationis diei in noctem, Reges deterriti in amicitiam coierunt, & inter Alyattem Lydum, & Astyagem Mediæ Regem firmata sunt jura pacis eo modo quem Solinus d. l tradit.* Atq; ita beneficio Astronomiæ hæc Eclipsis non tantùm in suam sedem est reposita, sed & loca gravissimorum historicorum emendata. Calculum hujus eclipsis vide *in* *pædia, sect.* 2 *pag.* 240. *& seqq.*

Cæte-

Cæterùm quod ars in rebus Astronomicis naturam elegantissimè imitetur, ex industria Archimedis aliorumq́; magistrorum Astron. abundè patet. Siquidem Archimedes à Cicerone, *lib 2 quæst. Tusculan.* laudatur, quod Lunæ, Solis, & quinq; errantium motus in Sphæram alligaverit, adeo, ut tarditatem & celeritatem dissimilimi motus una regeret conversio. Hoc divinum Archimedis ingenium prædicat etiam Cassiodorus, vir divina ac humana sapientia eminentissimus, *lib.1 variar epist 45*: *Hæc* (inquiens) *astronomia fecit secundum Solem in Archimedis sphæra decurrere: hac altera Zodiacum & circulum humano consilio fabricavit: hæc Lunam defectu suo reparabilem artis illuminatione monstravit parvamq́, machinam gravidam mundo cœlum gestabile, compendium rerum, speculum naturæ ad speciem aëris, incomprehensibili mobilitate volutavit.* Hanc sphæram Claudian. *in lib. epigram. versic.* 563. in vitream vertit, canens:

Jupiter in parvo cùm cerneret æthera vitro,
Risit, & ad superos talia dicta dedit, &c.

Ubi forsan ad historiam Saporis Persar. Regis allusit, de quo memoriæ proditum est, quod machinam tam grandem è vitro construi fecerit, ut in ejus centro tanquam in terræ sphærula sedens, sub pedibus etiam astra spectaret exorientia & Occidentia, ut sic, cùm mortalis esset, supra tamen omnẽ mortalitatis conditionem esse, & naturam arte sua superare videretur. Vide Cardan. *in lib. de subtilit. & lib. de artib.* Celebratur quoq; à Trithemio, *in Chron. suo Hirschaugensi, p* 180. tentorium, quod ann. Chr 1232. Sultanus Babyloniæ Friderico II. Imperatori dono misit. Hoc n. mira arte ita fuit constructum, ut luminaria in eo cursum suum rectè exercerent, & horæ tam noctis quàm diei exquisitè indicarentur, cujus precium quinq; milliones auri superasse scribit. Prædicanda hìc etiam venit mira indoles Petri Apiani, qui *in suo opere Cæsareo*, spiris, corallis, helicibus, diversisq́; schematismis & figuris, motum omnium planetarum repræsentavit, quem & alii perspicacis ingenii viri imitati sunt, suoq; artificio se genuinos naturæ imitatores esse, ostendere voluerunt. Ut taceam hìc automatopœorum κενοτεχνίαν, qui in globis cœlestibus, & in aliis machinis affabrè elaboratis rotulisq́; convenientibus ornatis, motum primi mobilis & luminarium exprimunt, ut inde perennis famæ palmã adipiscantur. Utq́; omittam hìc fabricam sciathericorum, de qua *problemate* 8 & 15. *pædiæ astronomiæ continuata* actum est, cuius utilitatem ita Cassiodorus, *antè nominato loco*, nobis cõmendat: *Radius immobilis & parvus hoc peragit, quod tam miranda magnitudo Solis discurrit, & fugam Solis æquiparat, quod motum semper ignorat. Inviderent talibus, si astra sentirent, & meatum suum fortasse deflecterent, ne tali ludibrio subjacerent. O artis inæstimabilis virtus, quæ dum se dicit ludere, naturæ prævalet secreta vulgare.* Hactenus Cassiodorus. Quem etiam usum Astronomia

nomia in investigatione dierum criticorum præstet, *sectione tertia pædiæ astronom.* ostensum est: unde eum hîc silentio prætermitto, ne in pædia actum agere videar.

Astronomia quoq; fons & origo est Cosmographiæ: nam absq; adminiculo huius descriptio terreni globi rectè administrari, vel locorum distantiæ perfici nequeunt: Hæc n. docet omnia & singula loca secundum Longitudinem, prout vel Orientem vel Occid. respiciunt, & secundum Latitudiné, prout in meridiem vel septentrionem porriguntur, distribuere; imò admirabile commodum ad eos rediit, qui ope huius disciplinæ ignotas antea terras detexerũt, ut taceam immortalem famam quam sibi apud posteritatem conciliarunt. Henricus Regis Lusitan. filius, ex astrorum cognitione, in qua magnam vitæ partem consumserat, collegit, esse in Oceani vastitate novas insulas novasq; gentes; unde missa eò classe à naucleris tentari voluit, an res suæ sententiæ responderet. Hæc navigatio autem feliciter successit an. Chr. 1420. Classis n inter Ulyssiponam & Insulas fortunatas ad angustam quidem insulam sed fertilem appulit, cui Maderæ nomen impositum est. Ab hoc tempore extima Africæ litora legi cœperunt, & ad Indiam atq; Sinensi regnũ invicta virtute & ingenti gloria nominis Lusitani penetratum est, sicut refert Jo. Marian., *lib.20. de rebus Hispan cap.11. p.m.* 230. Hos Lusitanos quadriennio post sequutus est Betencurius Belga, qui insulas illas, quæ hodie à frequentia avium huius nominis, Azoræ vocantur, occupavit, & Hispanis vendidit, velut narrat Jac. Augustus Thuan. *lib.1 histor. ad ann. Chr.* 1505. Elapsis ab eo tempore 68. annis Christoph. Columbus, auspiciis Ferd. Castiliæ Regis, ad pervestigandas novas terras cum patre suo se mari ventisque commisit, & novum orbem in Atlantico mari Hispanis primò aperuit, qui etiam haut dubiè ex Astronomia edoctus fuit, quod adhuc suo tempore unum hæmisphærium orbis detectum sit, alterum verò adhuc lateat, sicut ex prædictione Lunaris Eclipsis aliisq; suis rebus gestis conjicere licet. Unde rectè de eo canitur:

> *quod rate velivola occiduos penetrarit ad Indos,*
> *Astrorum consultus, & ipso nobilis ausu.*

Hunc etiam paulò post æmulatus est Sebast. Gabitus Venetus, astronomicarum rerum non imperitus, qui Henrici VII Anglor Regis sumtibus, anno post Chr in terris natum 1496. primùm in eam Indiar. provinciam, quæ Floridæ nomine insignita est, venit; veluti id multorum testimoniis confirmat præfatus Thuan. *lib.24. histor. sui temporis*, ad an. Chr. 1568. Et quia multa ditissima navigiis regna norunt, & à suis Astronomis quoque persuadentur, multa adhuc loca in utraq; orbis parte nondum esse cognita & perspecta; id-

circò

circo adhuc palma iis in medio poſita eſt, qui plura loca ſuis navigationibus patefacient.

Inſuper etiam patet, quod hæc ſcientia ſummè ſit neceſſaria ad Reipubl. adminiſtrationem, ut agriculturam, bella gerenda, & ſtratagemata belli excogitanda. Certè Sulpit. Gallus, inclitæ P. Æmilii victoriæ, quam cont. Regem Perſeum hoſtem Roman. obtinuit, plurimùm profuit. Nam quum ejus Legatus eſſet, ac ſerena nocte Luna ſubitò deficeret, eaq; velut diro quodam omine perterritus exercitus Romanus animum congrediendi cum hoſte ferè abjeciſſet, de naturalibus deficientis Lunæ cauſſis plenè diſſerendo, alacrem eum in aciem miſit. Valerius Maximus, *lib.* 10. *cap.* 2. Plinius *lib.* 2. *cap.* 12. Plutarchus, *in vita Pauli Æmilii.* Contra Nicias Athenienſis exercitus in bello Siculo Imperator, ob ignoratam cauſſam Eclipſis Lunaris, cùm obſediſſet Syracuſas, territus eſt, ut ſolutionem obſidionis triduum differret; unde ſe & ſuum exercitum non ſine ingenti reipublicæ Athenienſis damno perdidit, ſicut legere eſt apud Plutarchum, in *vita Niciæ*, Thucydidem, *lib.* 7. & alios. Cleomenes quoque Spartanorum Rex Megalopolim proditione occupaturus, propter ſolſtitii ignorantiam conatu ſuo fruſtratus eſt, Polybius, *lib* 9. Quod etiam Columbus ab aſtronomia inſtructus fuerit ſatis inde patet, quod anno Chriſti 1505. prædictione defectionis Lunaris, tanquam ſtratagemate quodam bellico utens, apud Jamaicam Inſulam Indiæ Occidentalis exercitum ſuum Chriſtianum ab imminente mortis periculo eripuerit, quemadmodum hæc hiſtoria pleniùs cognoſci poteſt, ex Indiæ Occidentalis ſcriptoribus, *lib.* 4. *cap.* 14. & ex epiſtola à Jo. de Roja ad Carolum V. Imp. quam commentariis ſuis in planiſphærium univerſale præpoſuit, & ex *ſectione* 2. *meæ pædiæ Aſtronom. continuatæ, p* 225. Ne dicam hîc quomodo Hannibal vel hac arte vel huic ſimili edoctus ſarmentis ad cornua taurorum accenſis, primis noctis tenebris vigilias Fabii terruerit, ut Livius, 3. *decad. lib.* 2. narrat. Neve etiam de altera hiſtoria, cujus Hector Boëtius, *lib.* 8. *hiſtor Scotic.* meminit, de quodam Rege Scotiæ, qui quoſdam è ſuo exercitu indutos piſcium ſquamis tanquam veſtibus & putridis lignis ceu baculis armatos, nocte quaſi angelico ſplẽdore conſpicuos reddidit, ut ſuos ad fortitudinem in prælio excitaret, & ſpe victoriæ promiſſæ, quam & obtinuit, animaret, multa verba faciam. Id ſaltem adhuc contendo, quod hæc cœleſtis doctrina nos mortales à rebus terrenis, caducis & fluxis abſtrahere, & ad ſempiterna perenniaque bona deducere poſſit, ita ut animus noſter contemtis huius terreni puncti anguſtiis per liberum aêra inter aureum Solem, argenteam Lunam, & reliqua lucida globoſaque ſidera, mira dulcedine ſpaciari, & in amorem creatoris horum rapi poſſit. *Inviſibilia enim Dei à creatura mundi per*

ea quæ facta sunt, intellectu conspiciuntur, ait D. Paulus ad Rom. I. 20. Imò *cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum*, Psal. XIX. 1. *Et qui horum pulchritudine delectati deos putaverunt, sciant, quanto his Creator eorum speciosior est; à magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterat creator horum videri*, Sapien. cap XIII. 4 & 5. quippe *sic mens erigitur, sicq; intellectus exercetur, ut invisibilem Deum per visibilia opera mitaremur, & erecti ad fidem & purgati per fidem etiam invisibiliter ipsum videre cuperemus quem de rebus visibilibus invisibiliter nosceremus, sicut* verè augustus ecclesiæ Doctor D. Augustinus ita nos docet, *tract.* 24 *in Iohann.* & *tomo* 9 *suor. operum, col.* 73. *lit. H.*

Felices animæ quibus hæc cognoscere primùm,
Inq; domos superas scandere cura fuit. Ovid. *lib.* 1. *fast. v.* 302.
Credibile est, illos pariter vitiisq; jocisq;
Altiùs humanis exseruisse caput.

Sed venio nunc ad ipsas decennales meas Ephemeridas, ex Astronomia Danica & Tabulis Rudolphinis, Nobilissimi Tychonis Brahei observationib. suffultis supputatas, quas Deo fortunante, ad calcem usq; obstinatè deduxi, & prædit Astronom. continuata, non minùs utili quàm necessaria, ornavi & locupletavi: neq; n hunc laborem mea professione indignum esse censui. quidem & Medicum Astronomum esse oportet, uti principes Medicorum Græcorum ingenuè confessi sunt, Hippocrates, *ib* 1 *aph* 1. & 4. & *seqq* & in libello *de aëre & aqua*, Galen. *in* 3. *comm lib* 1. *epidem.* Aetius, *tetrabibl* 1. *ca.* 164.

Hoc autem opusculum meum Astronomicum superiori anno auspicatum, & jam horis extraordinariis feliciter absolutum, quibus digne offerrem, nisi Vobis, MAGNI VIRI, non inveni: Vos enim rerum Mathematicarum non tantùm amatores, sed & Patronos ac Promotores existere palam est Hinc celeberrimo vestro Gymnasio insignes Mathematicos, Dn. D. Jungium, Matheseos, Philosophiæ, & Medicinæ consultissimum, & Dn. Thassium, Mathematum penes vos professorem præclarum, (quorum amica grataque conversatione, non sine jucunda recordatione, ante biennium, & quod excurrit, usus sum) præfecistis. In hisce vestra pubes scholastica Doctores habet, quasi fato natos, ad excolendam mathesin, & reliquas disciplinas philosophicas, ex quorûm sedula institutione vestrorum civium liberi florida sua ætate egregium ornamentum, nec leve præsidium ad superiores facultates eò facilius capessendas sibi comparant. Sub hisce optimis Gymnastis assiduè formantur ad mathematicam philosophicamque doctrinam & virtutem imbibendam. Quanquam verò non sum nescius, has esse vestras minimas virtutes: quis enim non etiam admiretur prædicet & suspiciat vestrum fervorem in propaganda orthodoxa religione [...]

pheræ.

[illegible]: Sapientiam in rectè administranda & amplificanda republica: prudentiam in consiliis & gubernandis vestris numerosis civibus, nec non pace conservanda, in hoc publico tumultu bellico passim grassante.

Per Musarum igitur & Uraniæ imprimis sacra juraque Vos MAGNOS VIROS obnixè rogo & obtestor, ut hasce meas lucubrationes Astronomicas serena fronte suscipere, benevolè approbare, meisque cœptis aspirare non dedignemini; quo alacriùs & tertiam Ephemeridum partem, quæ adhuc superest pertexenda, aggrediar, & publici boni caussâ propediem evulgem. DEUM autem bonitate Optimum, potentia Maximum, devotè veneror, ut à vestra Republica omnes calamitates, quæ hisce turbulentissimis temporibus multas pessundederunt civitates, longè abesse sinat, consilia vestra magis prosperet, suamque iis gratiam benedictionemque, uti hactenus fecit, affundere pergat.

Valete VIRI MAGNI. In Veteri Sedino Pomeranorum, Calendis Decembr. Anno æræ Christianæ exeunte CIↃ. IↃ. CXXXV.

 LAUREN-



LAURENTIUS EICHSTADIUS.

per anagramma.

IN TE LAURUS, VIDE, HIC STA.

VItam quæ faciunt beatiorem, &
jucundam EICHSTADIO *meo fideli,*
(Quem plus diligo quàm meos ocellos)
Opto, comprecor, intimeq́; poſco.
IN TE LAURUS adeſt, VIDE, HIC STA, & audi,
Quem docti tibi conferant honorem.
Te doctum Medicum ſcholæ Galeni,
Expertum Chymicumq́; Theſophraſti,
Sollertem Aſtronomumq́; gratulantur.
IN TE LAURUS adeſt, VIDE, HIC STA, & audi,
Quem docti tibi conferant honorem.
Mirandam ille ſcientiam in Matheſi
Nactus, quam didiciſſe plenum ad unguem
Verax Uraniæ probat Senatus,
Ejus publica ſcripta tum probabunt.
Secretarius aſtrici eſt palatI,
Stellarumq́; obitus tenens & ortus,
Quæ ſint temporibus futura certis,
Scrutari ingenio ſuo potens eſt:
Atq́; artem docet ille ſideralem,
Stellarum vagum iter ſagax notavit.

Hæc ejus lege scripta, tunc videbis.
Ergo hæc LAURUS *adest*, VIDE IN TE *&* HIC STA:
Hunc doctus nequit invidere honorem.
Quid? multi Medicum esse Te peritum
Norunt, & gravibus levare morbis
Ægros posse: adeo in tua hac virili
Ætate, & quasi flore primo in ipso
Ætatis. Quid enim putas futurum
Autumni tacitè fluentis horis?
Ergo hæc LAURUS *adest*, VIDE IN TE *&* HIC STA:
Hunc doctus nequit invidere honorem.

D. David Herlicius
ex amore fecit.

Ad Virum Clarissimum & Excellentissimum,

DN. D. LAURENTIUM EICHSTADIUM,
INCLUTÆ REIPUBL. STETINENSIS PHYSICUM ORDI-
narium, Medicum & Mathematicum celeberrimum, Dn. Ad-
finem & Amicum honoratissimum, EPHEMERI-
DES suas edentem.

Ἐπίγραμμα.

EST aliquid, proprias *Plantarum* noscere vires,
Unde parari ægris Pharmaca mille solent.
Nec minus est, veras *morborum* noscere causas,
Atque salutares his adhibere manus.
Majus at, *Astrorum* rapidos cognoscere motus,
In morbis possint Sidera quidque poli.

Eclipses

Eclipses Solis, Lunæ, Casusque futuros
Præscire ex Astris, summa ea notitia est.
Hæc de Te, EICHSTADI, meritò jam dixero, PLANTAS,
ASTRAq; cum MORBIS nam Tibi nosse datum.
Quod facis, ulterius SCRIPTIS extendere Nomen
Perge tuum, cœptis adsit JÖVA, precor!

LAURENTIUS EICHSTADIUS.
ἀναγραμματιζόμενος elisâ aspir.
EN CLARUS VITÆ STUDIIS.
ἐξήγησις.

EN *CLARUS VITÆ STUDIIS, nempe* Arte medendi
Clarus es, Astrorum notitiâque *simul*.

Aliter.

EN *VITÆ* Eichstadius *STUDIIS Vir CLARUS*, *Eumq;*
Cognitio Astrorum *clarum & Hygæa facit*.

ANDR. HILTEBRANDT,
Medic. D.

Lect.



LECTORIBVS SALVTEM.

QUod in prima mearum Ephemeridum parte, sub finem Pædiæ Astronomicæ, benevole Lector, promisi, me scilicet in reliquis Ephemeridum partibus, Canonem Logarithmorum ac Mesologarithmorum compendiosâ methodo propositurum, ejusq; usum amplissimum in solutione Triangulorum, in condendis Tabulis primi Mobilis, in calculo Eclipsium, &c. ostensurum, illud jam in hac altera Ephemeridum parte implere cum bono Deo studeo: Idq; eò libentius facio, cùm non dubitem, hanc doctrinam, hactenus non adeò perspicuè traditam, Astrophilis ac Mathematum studiosis minùs displicituram. Quandoquidem hæc disciplinæ pars non solùm omnibus Astronomicis; verùm etiam nonnullis Geometricis quæsitis satisfaciendis deservit: si enim siderum motus admiraris, si Planetarum æqvationes rectè numerare, ipsasq; in Tabulis collocare gestis: Si Eclipses Luminarium exactè supputare, Latitudines etiam reliquorum Planetarum præcisè definire, in qualibet regione Ascensiones & Arcus diurnos, mediationem cœli, Ortum & Occasum obliquum stellarum fixarum nosse velis, per hoc mirificum Canonis Logarithmorum compendium tibi janua panditur. Insuper etiam, cùm reliquæ Geometricæ figuræ ad Triangulum usq; resolvantur, tu breviter, facillimeq; per solam Prosthaphæresin numerorum in Canone expressorum, solutionem eorum obtinebis, atq; sic hoc adminiculo instructus, per reliquas disciplinas Mathematicas, per Geodæsiam, Perspectivam, Gnomonicam, Dioptricam, &c. penetrabis, si prius in Elementis Euclidis, atq; Observationibus motuum corporum cœlestium, tanquam principiis, sis parumper exercitatus. Hæc igitur per hanc Pædiam Astronomicam continuatam perspicuè ac succinctè in tribus sectionibus tradam. Ac in primâ quidem sectione *Logarithmorũ Trigonometriam* persequar, in altera *Eclipsigraphiam:* in tertia etiam aliquid *de diebus Criticis*, earumq; causis atq; investigatione adjiciam. Interim, si ex hoc qualicunq; meo labore posteritas aliquem fru-

quem fructum perceperit, erit, quod gaudeam, Deoque unicè gratias agam, eò quod in studiis meis hunc finem assecutus fuerim. Tu verò, mi Lector, me de hisce brevibus disserentem benevolè lege, res ipsas penitùs cognosce, meumq; tibi commodandi studium in bonam partem interpretare.

SECTIONIS PRIMÆ CAPUT I.

De Genesi ac Ortu Canonis Logarithmorum quædam προγνωρίσματα.

INveniuntur nonnulli Mathematici vel cunctantes vel dubitantes de recipiendis in usum Astronomicum Logarithmorum numeris, loco Canonis Sinuum, eò, quod operatio per eos nimium à continua demonstrationum inspectione, quæ incipientibus Mathesin maximè necessaria est, recedat, unde Tirones facilè in erroris insidias pertrahi possint. Ut igitur horum objectioni occurratur, operæ pretium facimus, si hîc Genesin & Ortum Logarithmorum, quo scil. calculo, quave Logisticæ methodo hi numeri acquirantur, prælibemus, ut cognitis demonstrationis legitimæ rudimentis, hujus Canonis usus posthac minùs displiceat. Fluunt igitur omnes Logarithmi ex Canone Sinuum: *Sinus* autem *sunt lineæ Geometricæ Circulo inscriptæ.* Porrò sinus totus est radius seu Semidiameter circuli : qui totus sive maximus dicitur, & hîc assumitur in particulis 100000, ut ratione harum partium omnes alij Sinus mensurari, & proportione omnium sinuum ad Sinum totum exprimi possint. *Logarithmus* autem *cujusq; sinus est numerus quamproximè definiens lineam, quæ æqualiter crevit, interea, dum sinus totius linea proportionaliter in illum sinum decrevit, existente utroq; motu Synchrono, atq; initio æquiveloce. Neperus in descriptione Canonis lib. 1. cap. 1. def. 6.* vel; *Logarithmus est numerus formæ, non quidem Logisticæ, cum titulis seu apicibus, sed simplicis & vulgaris, quo indicatur proportio, quam habet Sinus cujusq; arcus circuli ad Sinum totum seu Semidiametrum. Kepplerus in Tabul. Rudolph. cap. 8.* Etenim mensura cujuslibet proportionis inter 100000. & numerum eo minorem expressa numero, apponitur ad hunc numerum minorem in Cano-

Canone Logarithmorum, diciturq; LOGARITHMUS ejus, hoc est, ἀριθμὸς (numerus) indicans λόγον (h. e. proportionem) quam habet ad 100000. numerus ille, cui Logarithmus apponitur. Ratio verò decrementorum in Sinibus & accrementorum in Logarithmis talis est, ut Logarithmi ex o æqualiter h.e. proportione Arithmeticâ accrescant, dum linea sinus totius proportionaliter, h. e. proportione Geometricâ, in illum Sinum decrescit. Discernendi autem hic sunt Logarithmi primæ seriei â Logarithmis secundæ seriei ab illis ortis: Definitio enim Logarithmi primariò & evidenter numeris primæ seriei competit, secundariò verò & dependenter Logarithmis secundæ seriei, utpote quæ ab illis proficiscuntur.

Atq; initio quidem primæ seriei Logarithmi in Canone sunt suorum sinuum ad sinum totum complementa tamdiu, donec sinus totus 100000. in 99990. decreverit. Sunt autem limites primæ seriei Logarithmi singulorum sinuum â 90. seu Radio 100000. ordiendo, & in gradus 45. scil. sinuum numeros 70711. desinendo. Logarithmi primæ seriei majores arcu 45. graduū eliciuntur hac methodo: Sint in promptu termini Logarithmi major & minor, posteà horum differentia bisecta & minori termino addita, vel majori dempta efficit Logarithmum quæsitum. Terminus autem minor logarithmicus innotescit, si Sinum datum subtrahimus â Sinu toto: residuum enim vocatur terminus minor. Quando verò terminum minorem ducimus in Sinum totum & factum dividimus per sinum datum, prodit terminus major.

EXEMPLA.

Quærendi sunt termini Logarithmici primæ seriei sinus 97437, cui respondet arcus 77. grad. o min.

Pro termino minore Logarithmico.

100000	Sinus totus.
97437	Sinus datus.
2563	Terminus minor.

Pro termino majore.

2563	Terminus minor.
100000	Sinus totus.
256300000	Factus seu productus Num.

Fiat jam divisio per Sinum datum ope bacillorum Rhabdologiæ Neperianæ.

256300000	2
194874	
614260	6
584622	
296380	3
292311	
40690	0

Est ergo Terminus major quæsitus

2630	Terminus major
2563	Terminus minor
67	Differentia.
33	Semidifferentia addenda Termino minori.
2563	Terminus minor.
33	Semidifferentia.
2596	Logarithmus quæsitus Sinus 97437 & arcus 77. grad. 0 min.

Aliud Exemplum.

Eodem modo etiam inquiritur Logarithmus Arcus 76. gr. 34. min. & Sinus ei competentis 97264.

Pro Termino minore.

100000	Sinus totus.
97264	Sinus arcus 76. gr. 34. m.
2736	Terminus minor.

Pro Termino majore.

2736	Terminus minor.
100000	
273690000	Factus num.

Fiat

Fiat horum divisio.

2736000000	2
194528	
790720	8
778112	
126080	1
97264	
288160	2
194528	
93632	

Ergo datur

2812	Terminus major.
2736	Terminus minor.
76	Differentia.
38	Semidifferentia.
	ET
2736	Terminus minor
38	Semidiffer. addend.
2774	Logarithm. quæsitus.
	VEL
2812	Terminus major.
38	Semidiffer. ſubtr.
2774	Logarithm. quæſitus, ut antè.

Qui plura Exempla hujus praxeos & ejuſdem demonſtrationes ſcire expetit, ille *Neperi tractatum de conſtructione huius Canonis* conſultum adeat: Noſtrum inſtitutum tantùm eſt, quibuſdam exemplis oſtendere, quomodo numeri Logarithmorum ex ſinibus fluant, & propterea eadem ſit eorum demonſtratio, quæ ſinuum.

Cæterùm repertis Logarithmis primæ ſeriei omnium arcuum 45. gradus excedentium facilimo calculo habentur ſecundæ ſeriei Logarithmi, qui à 45. gradibus incipientes in o grad. porriguntur. Quippe datum arcum, cujus Logarithmum quæris, duplica, duplicato adjice Logarithmum arcus 30. grad. qui eſt 69315, & reſpondebit dimidio ſinui totius:

 à ſum-

â summa verò subduc Logarithmum complementi dati arcus, sic enim relinquitur Logarithmus dati arcus quæsitus: quæ regula itidem fluit ex proportione Sinuum. Qualis enim est ratio dimidii sinus de toto ad sinum dimidij alicujus arcus; eadem quoq; est ratio sinus complementi ejusdem dimidij ad sinum totius arcus, veluti id liquidâ demonstratione probat *Neperus in Tractat. de Construct. Canonis, posit. 55. p. 30.*

Exempla.

Quæratur Logarithmus	32 grad.	
	64 grad. Duplum	
	10670	Logarithmus ejus in prima se-
	69315	Logarithmus 30. grad. (rie
	79985	Summa grad)
	16482	Log. Compleměti dati arcus 58
	63503	Logarithmus quæsitus arcus 32 grad.

Ex hoc Logarithmo etiam fluit Logarithmus arcus bisecti, videlicet 16 grad.

Quæratur Logarithmus 16 Grad.		
	32 Grad. Duplum	
	63503	Logar. 32 gr.
	69315	Logar. 30 gr. Add.
	132818	Summa
	3951	Logar. Complem. Arcus 74 Gr.
	128867	Logar. Arcus 16 gr. quæsitus.

Idem modus etiam observatur in investigatione Arcuum 8. grad. 4. grad. 2. grad. 1. grad. ut & reliquorum Arc. seriei secundæ, ita, ut cognitis Logarithmis seriei primæ â 90 ad 45 gradus, reliquorum arcuum 45 gradibus minorum logarithmi expeditâ logisticâ inquirantur

Deniq; constructis methodo Neperiana tabulis Logarithmorum utriusq; seriei, inveniuntur etiam per solam Subtractionem Mesologarithmi, qui medium inter logarithmos primæ atq; secundæ seriei occupant locum.

locum. Quemcunq; enim cupis obtinere Mesologarithmum, tunc saltem logarithmum primæ seriei, qui in qualibet Tab. facie dextrum occupat locum à Logar. secundæ seriei, qui sinistrum tenet, subtrahe, & relinquetur Mesologarithmus quæsitus. Exemplo esto Mesolog. 32. vel 58. Gr.

In Canone Logarithmorum inveniuntur Log—i hunc Mesologarithmum ambientes.

63503	Sinister logar.
16482	Dexter logar.
47021	Mesologar. quæsitus.

Aliud Exemplum.

Pro 38 Grad. 31. min.

47362	Logar. sinister.
24535	Logar. dexter.
22827	Mesologar. quæsitus.

Ex hisce prælibatis constructionem CANONIS nostri LOGARITHMORUM ac MESOLOGARITHMORUM utcunq; apparere existimo. Qui verò scrupulosiùs & per quædam compendia hanc nosse desiderat, is NEPERI tractatum de construct. Canonis Logarithmorum, & Keppleri Chiliadas Logarithmorum adeat, ubi majorem facilitatem calculi, ejusq; demonstrationem fusiùs descriptam offendet.

CAPUT II.

De Dispositione ac Inquisitione tùm Logarithmorum, tùm Mesologarithmorum.

VT in Canone Logarithmorum facilitati calculi consulerem, legitimâ ejus dispositione opus erat. Quamobrē habet Canon iste columellas quinq; cum tribus inclusis intercolumniis. In *prima* quidem

columna

columna ſiniſtra deſcendente, & *ultima*, ſeu dextra aſcendente extant 90 (quot ſunt in quadrante) gradus cum ſuis minutis. Nam in fronte & margine ſiniſtro Deſc. ſemper arcus quiſq; â o gr. ad 45. excurrens, cum ſuis minutis reperitur; in calce verò h.e. in *quinta* facie & margine dextro Aſc. complementum ejus ad quadrantem extat, ita ut ſemper complementa arcuum ſingulorum in unum veniant aſpectum: quia eâ ratione in multis computationibus Geometricis calculus faciliùs expeditur. In *ſecunda* facie ſequuntur Logarithmi arcuum prioris ſemiquadrantis, qui ipſis Sinibus proportione reſpondent, ut antè etiam dictum fuit. In *tertia* facie ſuccedunt Meſologarithmi, qui exhibent proportionem Tangentis arcus, in fronte quidem cum + cruce tanquam ſigno poſitivo, additioniſq;; In calce verò cum — ſimplici lineola, tanquam ſigno privativo & ſubtractionis. NEPERUS & URSINUS huic numero nomen *differentialis* tribuerũt: Nos cum KEPPLERO cum voce *Meſologarithmi* permutavimus: ſiquidem ex ſubtractione duorum Logarithmorum, Meſologarithmum, veluti medium, ambientium, hic numerus reſultat, unde & non ſine re ei hoc nomen aſſignari poteſt. In *quarta* verò facie continentur Logarithmi majores 45. gradibus. Logarithmo verò, qui eſt in alterutro latere, ê regione cujuſq; arcus, *Antilogarithmi* nomen inditur: quippe contra poſiti, ita, ut ſic quilibet Logarithmus cujuſq; arcus ſit idem etiam *Antilogarithmus* arcus contra poſiti vel adjuncti, qui vel implet quadrantem cum illo, vel unus ab altero ſubductus quadrantem relinquit: hinc & omnes gradus totius ſemicirculi â 90. ad 180. exhibentur, id quod in calculo ſuam præſtat commoditatem. In Intercolumniis verò cujuslibet Logarithmi & Meſologarithmi deprehenditur differentia binorum Logarithmorum & Meſologarithmorum ad quinq; gradus primos denis unius ſcrupuli ſecundis debita: in reliquis verò gradibus ſingulis ſcrupulis ſecundis competens. Haſce differentiarum portiones ideò addidi, ut per haſce vel arcus, vel etiam numeri Logarithmorum & Meſologarithmorum accuratè limitari poſſint, & inſuper, ut in excerpendis minutis ſecundis difficultas calculi levetur. Quæ forma, meo quidem judicio, captui Matheſin incipientium accommodatiſſima eſſe videtur. In qua nondum editus extat, ſicut ex operatione calculi patebit.

Expoſitâ jam ordinatione hujus Canonis, reſtat, ut etiam breviter modum excerpendi numeros ex eo ſubjungam.

Quod compendiosius duci potuit? Atq; inde deduci possunt propositiones antiquae Trigonometricae accommodate prout edoctae sunt à Doctissimo Joanne Baptista Morino.

Itaq;

Itaq; si primùm sit quærendus arcus alicujus, in gradibus & minutis duntaxat, vel Logarithmus, vel Mesologarithmus, vel Antilogarithmus, tunc ille statim in Canone occurrit. Exempli gratia, quærendus sit Log—us 6 grad. 32. min, vel Antilog—us in semicirculo 96 grad. 32 min. offenditur ille in Canone particularum 217348: Mesologar. verò ejusdem + 216696. Antilogar. verò in complemento quadrantis 83 grad. 28 min. complementi Semicirculi 173 grad. 28 min. — 652. Si verò excerpendus sit Logarithmus 4 grad. 11 min. 20. sec. tunc partis proportionalis investigatione opus est. Logarithmus enim respondens 4 grad. 11. min. est 261801. differ. decrescens pro 10 sec. est 67. E. pro 20 duplum emergit 134, quæ particulæ à priore Logarithmo subtractæ suppeditant

261801
134
261667 Log—us 4 gr. 11 min. 20 sec.

Vel sit quærendus Mesologarithmus privativus 86 gr. 11 min. 46// competit arcui 86 gr. 11 min. Mesolog—us 270737, differ. accrescens pro 10 sec. est 73 partic. Ergo 46 dant 336 partic. addendas, quæ vel ex praxi Arithmeticæ vulgaris, vel ex compendio Iulij Cæsaris Paduani, vel (quod præstat) per baculos numerales secundum Rhabdologiam Neperi formatos. non possunt esse obscuræ,

270737
336
271073 — Mesolog—us arcus 86 grad. 11 min. 46 sec.

Aliud Exemplum.

Quod si sit investigandus Logarithmus 7 grad. 14 min. 25 sec. tunc primùm excerpo Logarithmum pro 7 grad. & 14 min. qui est 207218 differ. decrescens est 229 hinc talis surgit proportio: 60 dant. 229, quid dant 25.

Ut autem hic evitem multiplicationem atq; divisionem, accipio saltem de 229 partic. tertiam partem, quæ est 76 part. ea ducta in 25 exhibet in practica Julij Cæsaris Paduani 32 partic. hæ sunt triplicandæ & emergunt 96 Particulæ, quæsita pars proportionalis subtrahenda ab antè dato Logarithmo 207218

96
207122 Log—us, 7 gr. 14 min. 25 sec. vel in bacillis

Neperi quære in fronte numerum 229. Numero autem 25 respondent in proportione denarij 4 partes ex una decima: hinc 4 dant 92 & $\frac{2}{10}$, de 23 dant 4. Sic itidem emergunt 96 particulæ. Hisce ego compendij loco uti soleo, præsertim quando numeri sunt prolixiores. Nec etiã aliâ ratione Mesologarithmorum numeri in grad. min. & secundis inquirendi sunt. Si verò ex Logarithmo dato arcus eruendus sit, modus erit inversus. Exempli gratia, Quæratur arcus Logarithmi 51083 in competentibus grad. min. & secundis. Primùm in Canone Logarithmorum invenio Logar. majorem 51090 cui respondent 36 grad. 52. min. offendo etiam Logarithmum minorem 51051. 36 grad. 53 min. Differentia utriusque Log—mi. in 60 sec. est 39. partic. Differentia verò Logarithmi majoris & dati est 7. Hinc talis emergit proportio : 39 dant 60 // quid 7. R. ex Tabula sexagesimorum Partis I. Ephemerid. Undecim. E. concludo præfatum Logarithmum competere arcui 36 grad. 52 min. 11 //: Si verò hic numerus pro AntiLogarithmo habetur, tunc respondent ei 53 gr. 7 min. 49 //. Eodem modo etiam quærendus est arcus Mesolog—mi positivi + 28768. Invenio Mesologarithmo proximè majori + 28780 competere arcum 36 gr. 52 /. Minori verò + 28719. 36 gr. 53 min. Differ. utriusque est 61 partic. Proinde ita ratiocinor. 61 dant 60 // quid 12. R. 12, ita, ut arcus Mesologarithmo congruens ferè sit 36 gr. 52 min. 12 //. Tandem si ex Logarithmo Sinus quærendus sit, aut ex Sinu Logarithmus, tunc ex data tab. Sinuũ & Logarithmorum desumatur numerus proximè major & minor, & de quolibet different. accipiatur, quæ tractata juxta regulam proportionum exhibebit partem proportionalem vel addendam vel demendam, prout numerus subsequens accreverit aut decreverit, atque sic conformes Sinus ac Logarithmi eliciuntur. Exempla plura in reliquis capitibus sequentur, quæ rem præsentem magis magisque illustrabunt: Unde hîc plura adducere nolo.

CAPUT III.

De usu Logarithmorum generali.

CUm finis juxta Philosophum moveat Efficientem ad agendum, idcircò & hîc meritò finis atq; usus Canonis Logar—orum spectari debet. Ille autem in admirabili quodam Compendio, quod jam

jam ante viginti annos ab illustri NEPERO Barone Merchistonii Scoto fuit traditum, consistit. Ubicunque enim in vulgari Arithmetica inq; regula Trium duo numeri inter se sunt multiplicandi, ibi hîc citra multiplicationem eorum Logarithmi sunt in unam summam conjiciendi: ubi verò numerus primus jubetur productum dividere, ibi Logarithmus illius est auferendus â Log—orum summa, ut Log—us illic aggregatus, hic residuus numerum in qualibet operatione quæsitum ostendat. Etenim cum hactenus ad Triangula, tam plana, quàm Sphærica, solvenda adhibita sit Tabula Sinuum, Prosinuum, vel Tangentium, (quæ & fœcunda dicitur) nec non Hypotenusarum, vel Transsinuosorum sive Secantium, hîc eorundem loco Canon Logarithmorum surrogatur, ut absque multiplicationis, divisionis & Radicum extractionis labore ad solutionem Problematis perveniri queat. Hic breviter est usus Log—orum, cujus demonstrationem habes in *Tractatu NEPERI, de construct. Canonis Lugduni Anno 1620. edita*, & apud KEPPLERUM *in Chiliade Log—orũ A.C. 1624 Marpurgi impressa, proposit. 18. 19. & 20.* Verùm enimvero, ut usus iste nonnihil luculentior & plenior Matheseos studiosis fiat, ostendendum hîc erit, quomodo Sinuum, Tangentium, & Secantium præcisè in Tabb. suis repertorum Logarithmi non minus præcisè in hoc Canone investigari possint. Quippe detur Sinus 66913, huius arcum aliunde in Tab. Sinuum quæro, & invenio respondere arcum 42 grad. qui in nostro Canone præbet Logarithmum 40178. Rursus detur Sinus 77550, huic competit arcus 50 grad. 51. min. & proinde Logar—us ei æquivalens est 25425.

Porrò quæratur Tangentis 58670 Mesolog—us. Huic Tangenti in Tabula congruit arcus 30 gr. 24 min. & in nostro Canone Mesolog—us abundans * 53325. At si Tangentis 203227 Mesolog—um quæsiveris, offendes in Tab. Tangentium eius arcum esse 63 grad. 48 minut. Huic arcui in nostro Canone respondet Mesolog—us, defectivus tamen — 70915. Adhæc Secanti 224116 competit in Tab. Secantium arcus 63 gr. 30 min, cui in nostro Canone respondet Antilog—us — 80699. Sic Secanti 109464 efficienti arcum 24 grad. 0 min. reciprocus est Antilog—us — 9042. Quâ verò ratione proportionalium arcus absque eorum Sinibus, Tangentibus & Secantibus acquirantur, paulò ante diximus: quandoquidem ex quatuor proportionalium Log—is vel Mesolog—is datis tribus invenitur quartum quæsitum; Sicut

enim se habet primum ad secundum, ita tertium ad quartum. Tu igitur Log—os secundi & tertij adde, dehinc ab aggregato aufer Logarithmum primi, & relinquetur Logarithmus quarti quæsiti, & proinde etiam ipsum quartum, ejusq; arcus. VELUTI detur talis proportio, ut Sinus 50 grad. est ad Sinum 80 grad. ita Sinus 30 grad. ad quartum quæsitum. Si operor per Sinus communi viâ, tunc tertius per medium est multiplicandus, & productus per primum dividendus. Talis enim hic est proportio: Ut: 76604 S. 50 gr. ad 98481 S. 80 gr. ita 50000. S. 30 gr. ad quartum quæsitum.

98481
5
4924050000

Ut autem hic evites divisionem pro Sinu 50 gr. accipis ejus complementi (quod est 40 gr.) Secantem, videlicet 130541, eumq; ducis in priorem 492405.

492405	
130541	
49240	5
14772	1
246	2
19	7
	5
64279	0

Ergo emergit quartus numerus quæsitus Sinus 64279 qui dat arcum 40 grad. 0 min.

Nos verò per additionem & subtractionem faciliùs hoc pacto calculum expedire possumus:

1531	Log—us 80 gr.	Add.
69315	Log—us 30 gr.	
70846	Aggregat. Log—orum.	
26651	Log—us 50 gr. Subtr.	

44195 Log—us qui ostendit arcum 40 gr. 0 min. & est quartus numerus quæsitus, cum priore coincidens.

Aliud Exemplum.

Sic ut Tangens seu Prosinus 93252 grad. 43 ad Sinum 57 gr. 0 min. 83867:

83867. Ita Tangens 70021. 35 grad. ad Sinum quartum quæsitum, cujus arcum primùm communi viâ, deinde & per nostrum Canonem investigabimus.

83867		
70021		
58706	9	
16	8	
	8	
58724	5	
107237		Tangens complementi 43. grad. videl. 47 grad.
58724	5	
4110	7	
117	4	
17	6	
4	1	
62973	1	

Hic quartus numerus dat Sinum arcus 39 gr. 1 min. 52 sec. At per Log—os & Mesolog—os promptiùs hunc arcum sequente modo inquirere poteris.

	17594	Log—us 57 gr. 0 min.
+	35638	Mesolog—us 35 grad. Add.
	53232	Aggregatum.
+	6987	Mesologar. 43 gr.
	46245	Logar. arcus 39 gr. 1 min. 52 sec. qualis etiam

in priore exemplo inventus fuit.

Notetur quoq; hic, quod addere signorum dissimilium Log—os & Mesolog—os nihil aliud sit, quàm differentiam eorum cum signo majoris numeri elicere: Subtrahere verò Logarithmos & Mesologar. ejusdem signi sit communi modo minorem â majore subducere. Contrâ, subtrahere Log—os & Mesolog—os diversorum signorum, nihil est aliud, nisi addere unum ad alterum, & aggregato apponere notam majoris numeri, ut ex allatis exemplis liquet.

Christophorus Clavius quidem, *lib. 1. Astrolabii, lemmate 53.* proponit modum solvendi omnes quæstiones, quæ per Sinus, Tangentes

atq; Secantes perfici solent, per solam Prosthaphæresin, hoc est, per solam additionem subtractionemque, sine laboriosa numerorum multiplicatione ac divisione, quo in negocio etiam alii, utpote *Tycho Brahеus, Barthol. Pitiscus, Melch. Jöstelius, Johan. Maginus, Christian. S. Longomontan.* laborârunt, neque eorum industria maximoperè est non commendanda. Verùm periti huius modi gnariq́ue fatebuntur ultrò, illam viam non esse adeò planam, facilem, & expeditam, sicut nostra est. Id quod ex uno atque altero exemplo, quod *Clavius* dicto loco tradit, non obscurum esse poterit. Proponit investigandam declinationem Solis in 17 gr. 45′ ♊ quæ communi via sic solet inquiri: Quæ est ratio Sinus totius ad Sinum maximæ declinationis ☉, talis est Sinus distantiæ dati puncti Eclipticæ â viciniore puncto æquinoctij ad Sinum declinationis eiusdem dati puncti. Quamobrem ad Prosthaphæresin instituendam sic numeri ordinandi erunt:

	G.	M.		G.	M.	
Distant. ☉ ab Æquin.	77	45	Complem. majoris	12	15	Minor numerus major est quâm complementum, ideo fiat additio.
Arcus maximæ declination.	23	32	Minor arcus	23	32	

Summa complementi & minoris	35 47	S. 58472.
Differentia inter complementum majoris & minoris	11 17	S. 19566.
Aggregatum Sinuum.		78038
Semissis vel Sinus Declinationis		39019

Sinui invento respondet arcus declinationis 22 gr. 58 min.

At eadem declinatio per unicam additionem ope Canonis Logarithmorum supputari potest hoc pacto.

91809 Log—us max. declin. ☉
2303 Log—us dist. ☉ ab Æquin.

94112 Log—us quæsitus, cui competit arcus declinationis 22 gr. 58 min.

Aliud Exemplum.

Sit quærenda Differentia Ascensionalis 6 grad ♊ ad altitud. Poli 53 grad. 30 min. quam hac proportione solemus perscrutari: Sicut Sinus totus sese habet ad Tangentem declinationis, quæ hic est 21 gra. 23 min. ita Tangens datæ altitud. Poli ad Sinum differentiæ Ascensionalis. Verùm calculus ita facilè expeditur.

✠ 93762 Mesolog—us 21 gr. 23 / decl. 6 gr. ♊.
— 30116 Mesolog—us 53 gr. 30 / Elev. Poli.

63646 Logar. Differ. Ascension. 6 gr. ♊ videlicet 31 gr. 57 min. ferè.

Aliud.

Quæ est ratio quadrantis 90 gr. ad complementum max. declin. ☉ 66 gr. 28 min. 30 sec. Sin. R. ea est arcus in Ecliptica dati 5 gr. ♉ seu 35 gr. distant. â proximo puncto ♈ numeratæ Tangens, ad Tangentem Ascens. R. ab eodem Æquinoctio numeratæ.

8677 Log—us 66 gr. 28 min. 30 sec.
✠ 35638 Mesolog—us 35 gr. 0 min.

✠ 44315 Mesolog—us 32 gr. 42 min. ferè. qui est Ascensio R. 5 gr. ♉

Plura exempla hîc apponere non libet, quia in solutione Triangulorum illa subsequentur.

Accedit & hisce amplior Logarithmorum usus, quando scil. extremorum proportionalium Log-is dato Log-o medio, & altero extremo, reliquus extremus, ejusve proportionalis vel arcus per unicam duplicationem & subtractionem inquiri potest. Dentur enim primum & secundum proportionale, quæraturque tertium; id quod idem est, ac numeri alicujus quadratum invenire; Communiter enim hoc exquiritur, medium quadratè multiplicando, seu in se ducendo; & hoc quadratum per primum dividendo. At facilius per Canonem Log—orum idem investigari potest: Nam sit primum proportionale 100000, secundum 70711

Sinus

Sinus R. Hic sinus R. est Snius arcus 45 gr. 0 min. cujus Logarithmus est 34657, qui duplicandus.

34657
34657
69314 Duplum.

Quia vero totus Sinus neq; multiplicat, neq; dividit, hinc Log—us quæsitus dat arcum 30 grad., cujus Sinus in Tab. Sinuum exhibetur 50000, qui numerus est quadratus propemodùm & proportionale quæsitum. Hinc 100000. 70711. & 50000 sunt tria proportionalia. Porrò datis Log—is extremis, medium ejusq; proportionale & arcus per unam additionem bipartitionemq; dantur: quod idem est, ac propositi numeri radicem invenire. Dentur enim extrema modò cognita 100000 & 50000, exploretur medium. Id communiter fit multiplicando data illa invicem, & producti radicem quadratam extrahendo. Sed faciliùs iste numerus innotescit, si datos extremorum Log—os videl. 90 & 30 gr. addimus, & aggregatum bisecamus.

Logar. 30 gr. est 69315, qui bisectus dat 34657. fietq; medij Log—us, cui respondet arcus 45 grad. & Sinus R. 70711. id quod est medium, quodq; in extractione Radicis quadratæ observandum erit. Cæterùm cū etiam in horum numerorum Log—is triplum cujusq; medij æquetur aggregato extremi remoti, & dupli vicini, per *proposit. 6. cap. 6. Canonis Log—orum NEPERI.* Ideoq; si duplum Log—i extremi alterutri Log—o extremi reliqui adjeceris, & productum tripartitus fueris, relinquetur Log—us medij priori extremo proximi, & eodem modo alterum medium pro difficili Cubicæ Radicis extractione. Sint Exempli gratia extrema 40292. Sinus R., cui respondet arcus 23 gr. 45 min. 39 sec. Ultimum verò 105626, cui competit arcus 18 gr. 47 min. Investiganda jam sint media, quæ absq; extractione Radicis cubicæ sic inquires. Dati Sinus & arcus Logarithmus est 90901, & Secantis arcus Antilog—us 5473.

90901
90901
181802 Logar. duplicatus.
— 5473 Antilogus, qui est subtrah. propter signum defectivum.
176329

Hunc

Hunc numerum tripartiaris.

2221
176328 [58776.
3333

Hic Log-- us 58776 dat arcum 33 gr. 45 min. & Sinum 55557, qui est prius medium quæsitum. Quod si jam posterius medium etiam investigare velis, simili modo procede.

— 5473
— 5473
— 10946 Duplum
90901 Log---us prior
— 10946
79955 Productum, quod per tria dividendum.

79955 (26651. Log---i huius arcus est 50 gr.
33333 0 min. & Sinus
eius 76604, quod est posterius medium quæsitum, ita, ut quatuor proportionalia continua sint 40292. & 55557 & 76604, ut & 105626, quorum extremorum radices cubicæ medio loco positæ sunt.

Ex hoc igitur capite patere arbitror, quod per Log---orum additionem multiplicatio, per subtractionem divisio, per bipartitionem extractio quadrata, per tripartitionem cubica, omnesq; graviores calculi operationes declinari possint, id quod adhuc ulterius ex solutione Triangulorum, de qua in *seqq. Capitibus* jam dicturus sum, manifestum evadet.

CAPUT IV.


De Praxi Solutionis Triangulorum Rectilineorum, seu Planorum Rectangulorum, per Canonem Logarithmorum.

1. OMnis Geometricæ quæstionis solutio Logistica ex doctrina Triangulorum fluit: Siquidem dimensio (quam Geometria docet,) est magnitudinum propositarum: Magnitudines autem poten-

tiâ figuram efficiunt, ideoque cum omnis figura sit vel Triangulum, vel Triangulatum, h.e. compositum ex Triangulis, certum est, quod ille, qui possit Triangula eorumq; partes mensurare, artem bene metiendi calleat.

2. *Triangulum* autem est vel *Rectilineum*, vel *Sphæricum*. Rectilineum, εὐθύγραμμα Τρίγωνον *est figura plana tribus rectis lineis constans, quæ finibus suis sese mutuo contingunt*, ut ex Trigonometriæ doctrina addiscitur.

3. In dimensione autem Triangulorum Rectilineorum, datis duobus angulis tertius ilicò quoque notus erit, cum sit complementum duorum rectorum: Nam Trianguli Rectilinei tres anguli æquantur semper duobus rectis per *proposit 32 lib. 1 Euclidis*. Itaq; *detractis duobus angulis rectis junctis ex semicirculo, qui est graduum 180. reliquus angulus tertius erit notus*, veluti in proposito Schemate consideretur Triangulum A.D.E. & detur angulus ad A partium 60. Angulus ad E sit Rectus, h.e. 90. grad. Aggregatum utriusq; anguli est 150 grad. quod ab 180 grad. subtractum relinquit tertiũ angulum ad D. grad. 30.




4. Rursus *dato uno acuto angulo, notus quoque erit reliquus acutus, eò quod sit complementum unius Recti*: Hinc quia in præfato Triangulo A D E, angulus ad A est acutus, nempe 60 grad. E. Angulus ad D. est 30 partium.

5. In *Isoscelibus* verò sufficit, ut notum habeamus *vel angulum verticalem*, vel *unum ex æqualibus ad Basin, dum tantùm sit nota Anguli species*. E.g. Sit cognitus angulus A in superiori Triangulo A E quod fingamus esse Isoscelem 34 grad. 50 min. dico quemlibet angulum ad Basin esse 72 grad. 35 min. nempe D & E: Demto enim angulo A. 34 grad. 50 min. â summa duorum Rectorum h. e. 180 grad. remanet quantitas utriusq; anguli D. & E. simul grad. 145 min. 10. ex qua bisecta debentur cuiq; angulo ad Basin D. & E. grad. 72. min. 35. Similiter *si fuerit datus unus ex æqualibus angulis D. vel E* 72 grad: 35 min. *duplicato hoc numero fiet quantitas utriusq; anguli simul* 145 gr. 30 min. *quæ quantitas subtracta à gradibus 180. relinquit angulum* A 34 gr. 50 min.

6. In

6. In *Scalenis* seu *variis* oportet saltem habere *duos angulos notos.* Nam reliquus emerget, cum sit illorum residuum ad duos Rectos.
7. Porro *Rectilineum Triangulum* aut est *Rectangulum* aut *Obliquangulum.*
8. In Rectangulis crura dicimus; quæ Rectum angulum ambiunt, & hypothenusam, quæ subtendit.
9. In Rectangulo Logar—us cruris æquatur aggregato ex Log—o anguli quem subtendit, & Log—o Hypotenusæ, per *proposit. 5. cap. 2 lib. 1. Canonis NEPERI & Corollar. 6. definit. cap. 1. lib. 1.*
10. Unde Hypothenusæ Cruris & Anguli quem subtendit, duobus quibuscunq; datis tertium atq; inde reliquæ omnes Rectanguli partes innotescunt per *3 Problem cap. 5 lib. 1. Canonis Neperi*: Veluti in Figuræ hîc depictæ Triãgulo $\alpha\beta\gamma$ detur hypothenusa seu Latus $\alpha\gamma$ 622 pedum, & crus $\alpha\beta$ 507 pedum: Quærantur anguli obliqui ad β & γ Lateris prolongati, quasi esset Sinus 62200. Particulas accipe. Huius arcus est 38 gr. 27 mi. 44 sec. Logarithmus est 47482. Deinde cruris $\alpha\beta$. etiam in duabus Cyphris fiat prolongatio, ita ut assumantur particulæ 50700, quæ in Tab. Sinuum exhibent 30 grad. 27/min. 50 sec. & Logar—um 67925. Logarithmus igitur $\alpha\gamma$ subtractus â Log—o $\alpha\beta$ relinquit Logarithmũ anguli ad γ



67925. Log—us Lateris $\alpha\beta$ 507 ped.
47482 Log—us Lateris ad $\alpha\gamma$. 622 ped.
20443 Log—us Anguli ad γ.

cui respondet arcus 54 gr. 35 min. 54 sec. & eius complementum quod est 35 gr. 24 min. 6 sec. erit Angulus ad β.
11. E contrario si detur angulus ad γ cum crure Recti anguli $\alpha\gamma$ & quæratur hypothenusa $\alpha\beta$, ita instituatur operatio. Logarithmo $\alpha\gamma$ adde Logarithmum anguli γ & relinquetur Logarithmus Lateris hypothenusæ:

47482 Logar—us lateris $\alpha\gamma$.
20443 Logar—us anguli γ.
67925 Log—us lateris $\alpha\beta$ seu hypothenusæ.

F. Hypothenusa quæsita est ut suprà 507. rejectis duob. ultimis numeris.
12. *Tertio.* Si datis $\alpha\beta$ & angulo ad γ quæratur latus $\alpha\gamma$, deinde Log—um anguli ad γ Logarithmo lateris $\alpha\beta$ & remanet Logarithmus lateris $\alpha\gamma$.

67925. Log---us $\alpha\beta$. Lateris.
20443 Log---us anguli ad γ.

47482 Log---us lateris $\alpha\gamma$. qui dat in Sinuum Tab. 622 pedes, rejectis itidem extremis duobus numeris. Non secus ipsum crus reliquum ex angulo β, qui est complementum anguli γ jam cognitum habetur, atque ita omnes huius Rectanguli partes sunt detectæ.

13. Deinde, cum ex communi Triangulorum doctrina constet, quod alterutrum crus se habeat ad Tangentem sibi oppositi anguli ut reliquum Crus ad sinum totum; & cùm per *proposit. 5 cap. 2 lib. 1. Canon. Log--orum NEPERI* ex his 4 proportionalibus Logarithmi med orum, h. e. Mesologarithmus anguli & Log---us Cruris eum ambientis æquentur Logarithmis Cruris eundem subtendentis & Sinus totius qui in Canone Log---orum in o desinit, idcircò Log---us cujusvis Cruris æquatur aggregato ex Mesolog---o oppositi anguli & Log---o reliqui cruris.

14. Hinc ex cruribus recti & angulo alteri horum opposito, duobus quibuscunque datis, tertium innotescit, ut & per præcedentem operationem cæteræ omnes Rectanguli partes, veluti in præcedente Triangulo $\alpha\beta\gamma$ in α Rectangulo dato crure $\alpha\beta$ 507 ped. & angulo ad β, 35 grad. 24 min. 6 sec. si addatur Mesologar----us anguli ad β Logarithmo $\alpha\beta$, emergit Log---us lateris $\beta\gamma$

67925 Log---us $\alpha\beta$ 30 gr 27/50//
+ 34150 Mesolog--- us anguli ad β, 35 gr. 24/6//

102075 Logar. 21 gr. 7 min. ferè, qui dat, duobus ultimis sinus numeris abjectis, latus $\beta\gamma$. 360. ped.

15. Adhæc datis cruribus $\beta\gamma$ 360 pedum & $\alpha\beta$ 507 ped. quæratur angulus β. Ex Log--o igitur $\beta\gamma$ aufer Logar. $\alpha\beta$, & proveniet Mesolog---us anguli β.
102075. Logar. $\beta\gamma$. 21 gr. 7 min.
67925. Logar. $\alpha\beta$ 30 gr. 27 min. 50 sec.

+ 34150 Mesolog. Anguli ad β 35 gr. 24 min. 6 sec.

16. Verùm, si dentur Crus $\alpha\gamma$ 622 ped. & angulus β 35 gr. 24 min. 6 sec. habebitur crus $\alpha\beta$ addendo Log---um Lateris $\alpha\beta$ Antilog. anguli ad β 35 gr. 24 min. 6 sec. & relinquetur Log---us $\alpha\beta$.

47486 Log---us lateris αγ 38 gr. 27/44//
20439 Antilog---us anguli β. 35 gr. 24 min. 6 sec.

67925 Log---us numeri 507 qui crus est αβ quæsitum.

17. Tertiò, dato crure βγ. & angulo ad γ habetur & crus αβ: Nam subduc Mesolog---um anguli γ â cruris βγ Log---o, tunc enim prodibit Log---us αβ.

102075 Log---us βγ 21 gr. 7 / Cr. 360.
* 34150 Mesolog---us anguli ad β

67925 Log---us αβ seu numeri 507 ut prius.

18. Insuper dato crure αβ & angulo ad β, subtrahe AntiLogarithmum anguli ad β à Log---o Cruris αβ, & remanet Log--- us lateris αγ.

67925 Log---us αβ 30 gr. 27 / 50// pedum 507.
20439 Antilog---us anguli ad β 35 gr. 24 / 6//

47486 Logar. Lateris αγ, cuius numerus est 622 ped.

19. Idem Logarithmus etiam prodit, si Antilog---um ad γ 54 gr. 35/54 sec. subtraxeris à Logar. βγ.

102075 Log---us β.γ. num 360.
54593 Antilog---us anguli ad γ 54 gr. 35/54//.

47482 Log---us αγ, cuius numerus est 622 ped. ut in priore exemplo.

20. Idem Logar---us hac quoq; proportione elicitur: Sicut sese habet Antilog---us Anguli ad γ. 54 gr. 35/54// ad Mesolog---um anguli ad β, ita quoq; sese habet Log---us Cruris αβ ad Log---um Cruris αγ.

67925. Log. αβ. 30 gr. 27/50// ped. 507.
34150. Mesolog. anguli ad β 35 gr. 24/6//

102075
54593 Antilog---us anguli ad γ. 54 gr. 35/54//

47482 Log. αγ. cuius numerus est 622 ped. ut in præcedentib.

21. Ut autem Trigonometriæ Studiosus hanc Rectangulorum rectilineorum scientiam in uno atque altero Exemplo habeat dilucidam, adducam adhuc aliud Paradigma in priore Schemate Trianguli Rectanguli a b c, ubi cognita sunt duo latera a b 25 ped. & b c 20 ped: Angulus verò ad c sit Rectus. Itaque pedibus 25 appone tres Cyphras, ut evadat numerus 25000 & excerpe ex Tab Sinuum aliunde petita vel ex Pitisco, vel Magino, vel Metio, vel aliis, huic Sinui competentem arcum, qui est 14 gr. 28 min.

min.39.sec.Inverſio iſti arcui reſpōdet in noſtro Canone Log—us 138630. Deinde pedibus 20 itidem tres nullitates adjice ut exiſtat 20000, qui dat arcum 11 gr.32 mi.13 ſec. Log—um verò in noſtro Canone 160943. Quando jam ſubtrahitur Log—us 25 ped. vel Sinus 25000 à Log—o 20 ped, ſeu Log—o Sinus 20000, relinquitur tunc Log—us anguli a,

160943 Log—us 20 ped. b c. 11 gr.32/13//
138630 Log—us 25 ped. a b ſeu 14 gr.28/39//
22313 Log—us anguli a 53 gr. 8/,

22. Ex hoc uno acutorum angulorum pateſcit etiam alter ad b qui eſt complementum illius ad rectum 90 gr. Angulus rectus
53. gr.8/ Angulus ad a
39 gr.52/

E. ex angulo a, cuius arcus eſt 53 gr 8. / collegio reliquum angulum acutum ad b, eſſe 36 gr.52 min.

Datis igitur Trianguli plani Orthogonii duobus Lateribus, quorum alterum circa rectum, alterum recto eſt oppoſitum, datur etiam ſecundum præcedentem operationem uterq; acutorum.

23. Porrò dato latere angulo recto oppoſito cum uno angulo, inquiri etiam poteſt latus dicto angulo oppoſitum: Conjiciantur enim in unam Summam Logar—us anguli & Log—us lateris, prodibitq; Log—us lateris angulo oppoſiti:

138630 Log. 25 ped. ſeu 14 gr.28/39//
51083 Log. anguli b. 36 gr. 52/.
189713 Log. lateris a c, cuius numerus eſt 15 ped.

24. Ad hæc dato latere angulo recto adjacente, & uno angulo, innoteſcit etiam latus angulo oppoſitum, ſi Meſolog—us anguli addatur ad Log—um lateris, ita enim relinquitur Log—us lateris quæſiti:

160943 Log—us b c. 20 ped. 11 g.32/13//
+ 28770 Meſolog—us anguli b. 36 gr.52/
189713 Log—us lateris a c, cuius numerus eſt 15 ped.

25. Rurſus idem latus etiam pateſcit, ſi Antilog—us anguli b. Meſolog—us eiuſdem anguli, ut & Log—us lateris a b. recto oppoſiti aggregentur & invicem hoc pacto addantur;

138630 Log—us lateris a b.
28770 Mesolog—us anguli b. 36 gr. 52/.
22313 Antilog—us anguli b. 36 gr. 52/.

189713 Log—us lateris a c, cui respondent 15 ped. in Sinibus Initialibus.

26. Dehinc dato uno angulo cum latere opposito, datur etiam latus recto oppositum angulo, si scilicet Log—us anguli subtrahatur à Log--o lateris oppositi, quod enim provenit est Log--us lateris quæsiti recto oppositi: 160943 Log--us b.c. 20 ped. s. 11 gr. 32/13//
22313 Log--us anguli a 53 gr. 8/.

138630 Log--us ab 25 ped. seu 14 gr. 28/39//

27. In super dato eodem angulo cum latere adjacente, acquiritur etiam latus angulo oppositum, si Log--us anguli dati addatur Log--o lateris adjacentis: tunc enim resultat Log--us lateris angulo oppositi:
138630 Log--us 25 ped. Lat. a b.
22313 Log--us Anguli c.

160943 Log--us Lateris b c. angulo a oppositi, cuius numerus est 20 ped in duobus primis initialibus Sinus.

28. Deniq; data Basi cum uno latere explorare possumus angulum illi lateri oppositum, si scilicet Log--us lateris angulo quæsito oppositi auferatur à Logar--o lateris alterius vel Basis: Sic enim relinquitur Mesolog—us anguli quæsiti.
189713 Log--us 15 ped seu 8 gr. 37/37//
160943 Log--us 20 ped. Lat. bc. angulo a oppositi.

28770 Mesolog—us anguli a, qui dat 36 gr. 52/

Atq; sic calculus Triangulorum Rectangulorum planorum compendiose expediri potest.

Caput V.

De Praxi solutionis Triangulorum Rectilineorum non Rectangulorum, seu Triangulorum planorum Obliquangulorum.

1. IN Triangulis Obliquangulis crura dicimus, quæ angulum quemvis ambiunt: Basin, quæ subtendit angulum.

2. Quan-

2. Quando igitur ex duobus angulis certæ alicuius speciei, sive angulus acutus sive obtusus fuerit, & suis subtendentibus tria cognita fuerint, quartum etiam quodcunque, atque hinc reliquæ omnes Trianguli partes innotescent, nec est difficilis per Canonem Log—orum operatio: Cùm enim aggregatum ex Logarithmis anguli cujusvis & lateris adjacentis æquetur aggregato ex Log—is lateris & anguli eis oppositorum, cùmque omnium laterum ad oppositorum angulorum Sinus eadem sit ratio, idcircò, *quando adduntur Log—i lateris dati & anguli quæsito lateri oppositi, nec non à summa aufertur Log—us anguli dato lateri oppositi, relinquitur Log—us lateris quæsiti.*

Proponatur Exemplum in Triangulo obliquangulo A B C, ubi detur latus A B, 26302 partic. cui Sinui respondet arcus 15 gr. 15 min. & Log—us 133548. Latus B.C. partic. 57955. cui Sinui respondet arcus 35 gr. 25 min. 13 sec. & Log—us 54547. Denique angulus ad C. sit 26 gr. cuius Log—us est 82469. E, hic emergit talis proportio, qualis est ratio lateris A. B. ad angulum C. talis est lateris B.C. ad quæsitum angulum A.



82469 Log—us Anguli C 26 grad.
54547 Log—us Lateris B C.

137016 Aggregatum.
133548 Log—us Lateris A.B.

3468 Log—us Anguli A 75 grad. ferè, si videlicet angulus A est acutus, si verò est obtusus, accipiatur complementum ad Semicirculum pro angulo A.

180 Semicirculus
75 Log—us anguli A acuti.

105 gr. Anguli A. obtusi.

3. Porrò si detur angulus A 75 grad. atque angulus C 26 grad nec non latus B.C. partic. 57955, quæraturq; latus A, B. tunc ita ratiocinandum erit. Qualis est proportio anguli A ad latus B, C. talis est anguli C. ad latus A, B.

3468. Log. anguli A. 54547 Log. Lat. B, C. 82469. Log. Ang. C.

54547

54547 Log—us Lateris B,C.
82469 Log—us Anguli C.

137016 Aggregatum.
3468 Log—us anguli A.

133548 Log—us Lateris A. B. cuius arcus est 15 gr. 15 min.

4. Habitis jam angulis A, 75 grad. & C 26 grad. datur quoque tertius angulus, ut complementum illorum ad semicirculum, videlicet angulus B. 79 grad.

75 grad. Angulus A.
26 grad. Angulus C.

101 Aggregatum duorum angulorum, quod subtractum à Semicirculo, relinquit angulum B.

180 grad. Semicirculus.
101 Aggregat. angul. A & C.

79 grad. Angulus B.

5. Ex hoc jam habito acquiratur etiam latus ei oppositum: Sicut enim sese habet

Anguli A Log—us ad Latus B. C. ita Anguli B. Log—us ad latus A. C.

3468 — 54547 1854

54547 Log--us Lateris B. C.
1854 Log--us Anguli B.

56401 Aggregatum.
3468 Log--us Anguli A.

52933 Log--us Lateris A. C. qui dat arcum 36 grad. 5 min. & Sinum partic 58896.

Idem latus a. c etiam hac proportione obtinetur:
ut sese habet

Angulus C ad latus B A. ita Angulus B ad latus A. C.

82469 — 133548 — 1854.

133548 Log--us Lateris B A.
1854 Log--us Anguli B.

135402 Aggregatum.
82469 Log--us Anguli C.

52933 Log--us Lateris A, C. arcus 36 gr. 5 min.

Atq; tali calculo indagantur omnes huius Trianguli obliquanguli partes.

6. *Deinde ex duobus cruribus & angulo comprehenso innotescunt etiam anguli reliqui oppositi, nec non reliquum Latus.* Sicut enim sese habet aggregatum Crurum ad differentiam crurum, ita Tangens Semiaggregati suorum oppositorum angulorum sese habet ad Tangentem Semidifferentiæ eorundem, operatio igitur absolvitur, quando Log–us aggregati Crurum subducitur ab aggregato facto ex Logarithmo differentiæ crurum & Mesolog–o Semiaggregati suorum oppositorum angulorum: Sic enim proveniet Mesolog–us Semidifferentiæ eorundem angulorum. Hinc Semidifferentia addita semiaggregato oppositorum angulorum, procreat angulum majorem: Subducta verò ab eodem semiaggregato oppositorum angulorum exhibet angulum minorem, E. g. in superiori obliquangulo data sunt crura A B. 26302 partic. & B C. 57955, angulusque comprehensus ad B. 79 grad. quærantur autem reliqui anguli ad A & C, ubi sic procedis:

57955 Crus B C.
26302 Crus A B.

48257 Aggregatum cui arcus respondet 57 grad. 24/45// & Logar–us 247388.

57955 Crus B C.
26302 Crus A B.

31653 Differentia eorundem crurum, cui arcus ex positione responderi gr. 48 min. 50 sec. & Log–us 345292.

Cumq; angulus B sit datus 79 grad. erit aggregatum reliquorum angulorum A & C.

180 grad Semicircul.
79 grad Angulus ad B.

101 Aggregati Anguli A & C & proinde Semiaggregatum angulorum 50 gr. 30 min. cuius Mesolog–us est 19818– Hinc formetur talis proportio:

Ut sese habet

Log–us aggregati Crurum,	ad Mesolog–um Semiaggr. opposit. angulor.	ita Log. diff. crurum	ad Mesolog–um Semidiff. angul. oppositorum.
247388	19318	345292	
			345292

345292 Log–us Differ. Crurum
19318–Meſolo--gus Semiaggreg. oppoſit. angulorum

325974 Aggregatum,
247388 Log–us aggregat. Crurum.

78586 + Hinc provenit Meſolog–us Semidiffer. angulor. oppoſitorum 24 gr. 30 min. Hanc igitur inventam Semidifferentiam adde ad Semiaggregatum Angulor. 50 gr. 30 min. & emergit Angulus major A.


50 gr. 30 min. Semiaggreg. oppoſit. angulorum
24 gr. 30 min. Semidiffer. angulor. oppoſitorum.

75 0 Et hic eſt angulus major ad A. Eandem Semidifferentiam etiam ſubtrahe à Semiaggregato oppoſit. angul. & relinquitur angulus minor.

Gr.	Min.	
50	30	Semiaggreg. oppoſit. angulor.
24	30	Semiaggreg. Differ. crurum
26	0	Relinquitur angulus B minor.

Notes autem hîc, quod in differentia utriuſque cruris ultimum numerum abjicias, ut commoda ab aggregato poſſit fieri ſubtractio.

7. Hæc operatio quoque in motibus Planetarum ſupputandis (in quibus Eccentricitates orbium, elongationes apogæorum & Epicyclorum incommutabiles menſurari ſolent) locum invenit, & ſingulare mirificumque præſtat compendium: Nam eorum Logarithmi ſemel præciſè conſignati ſemper poſtea ſine ulla immutatione ad Calculum inſerviunt, id quod in Tabula Æquationum Solis perpetua, quæ *in Aſtronomica Danica Severini pag. 102.* & ſeq. extat, paucis hîc oſtendam, ut videant Aſtrophili, ex quibus fundamentis Tabula Æquationum Solis extructa ſit. Conſiderēt igitur ſubjectum Schema, in quo invenitur Triangulum F.D.A: Ubi cognita ſint duo crura F.D. & D.A. unà cum angulo ab iiſdem cruribus comprehenſo, nempe F.D.A: Crus A.D. exæquet radium 100000. Latus D.F. ſit partic. 3571. Ergo aggregatum crurum eſt 103571.



100000 Crus A.D.
3571 Crus D.F.

103571 Aggregatum Crurum, quod habendum loco Secantis, eiusq; arcus ex Tab. Secantium est excerpendus, nempe 15 gr. 5 min. 23 sec. & Antilog--us eius 3509.

100000 Crus A.D.
3571 Crus D.F.

96429 Differ. eorundem crurum, cui in Tab. Sinuum arcus competit 74 grad. 38/ 30// & Log--us 3636. Cumque angulus inclusus F.D.A. obtusus sit 150 gr. erit aggregatum reliquorum angulorum F. & A. 30 gr.

180 Semicirculus
150 Angulus F.

30 Aggregatum angulorum F & A. & proinde Semiaggregatum 15 grad. 0 min. cuius Mesolog--us est 131696 ✠ Sic ergò formanda est proportio:

Antilog--us 15 gr. 5/23// dat Mesolog--um 15 gr. quid Log--us Differ. Crurum
3509 — ✠ 131696 3636

131696 ✠ Mesolog--us 15 gr. seu Semiaggreg. angul.
3636 Log--us Differ. Crurum

135332 ✠ Aggregatum
3509 Antilog--us aggregat Crurum

138841 ✠ Mesolog--us semidifferentiæ angulorum oppositorum 14 gr. 0 min. 28 sec.

Hæc igitur inventa Semidifferentia subtracta à Semiaggregato oppositorum angulorum relinquit Prosthaphæresin ☉ quæsitam in 30 grad.

Grad.	Min.	Sec.	
15.			
14	0.	28	
0.	59	32	Æquatio ☉ in 30 grad. &

330 grad. Anomaliæ.

2. Cæterum fingamus angulum inclusum ad D esse 120 grad. E. aggregatum oppositorum angulorum erit 60 grad & Semiaggregatum 30 grad. cuius Tangens est 54931 ✠.

Extremi Logarithmi aggregati & Differentiæ Crurum invariabiles, ut antè, permanent, estq; hæc proportio.

Anti-

Antilog—us 15 gr. 5/23// dat Mesolog—um 30 gr. quid Log—us Differ.
3509 — 54931 + 3636 (Crurum

54931 + Mesolog—us Semiaggreg. oppositorum angul.
3636 Log—us Differ. Crurum.
58567 + Aggregatum.
3509 Antilog—us opposit. Crurum
62076 + Mesolog—us Semidifferentiæ angulorum, qui est 28 gr. 15 min. 34 sec. Hæc igitur Semidiffer. subtracta à priore.

G.	Min.	Sec.
30.		
28	15	34
1	44	26

relinquit prosthaphæresin 60 grad. & 300 grad. respectu integri circuli.

9. Quia verò hi extremi numeri, primus scilicet Antilog—us, & tertius Log—us immutabiles permanent, idcircò ad evitandam duplicem additionem extremi numeri in unam summam possunt conjici, & aggregatum postea Mesolog—o semper pro monitu abundantis vel deficientis signi addendum, vel ab eo subtrahendum erit. E.g.

3636 Logar—us Differ. Crurum.
3509 Antilog—us aggregati Crurum
7145 Aggregatum Log—i ac Antilog—i.

Hoc aggregatum 7145 utrobiq; ad Mesolog—um additum procreat priorem Mesolog—um quæsitum: velut *in priori Exemplo*

131696 + Mesolog—us Semiaggregati opposit. angulor. 15 gr.
7145 Aggregatum Log—i & Antilog—i.
138841 + Mesolog—us Semidifferent. angulor. opposit. 14 gr. 0 min. 28 sec.

In posteriore Exemplo.

54391 + Mesolog—us Semiaggreg. oppos. angulorum, 30 gr.
7145 Aggregatum Log—i & Antilog—i.
62076 + Mesolog—us Semidiffer. angulor. oppositorum 28 gr. 15 min. 34. sec.

Hoc modo & reliquæ Æquationum Planetarum Tabulæ constructæ sunt, qua de re convenientiore loco agendum erit.

10. Quomodo etiam ex obliquangulo duorum laterum fiant duo

Rectangula notarum hypothenusarum cum altero majoriq; crure, quæ reliquas quoque omnes obliquanguli partes ostendant, id NEPERVS *lib. 2. Canon. Logar. c. 2. prop 6. & addito Corollario*, aliiq; docent. Ego hanc resolutionem consultò prætereo, cum ex traditis solutio omnium Triangulorum planorum, rectangulorum & non rectangulorum, atque exinde etiam duorum Triangulorum planorum ὀρθογώνων solutio pateat. In his igitur paucis omnium Triangulorum Rectilineorum dimensio consistit.

CAPUT VI.

De Solutione Triangulorum Rectangulorum Sphæricorum per Canonem Log---orum in Arcubus angulorum & laterum.

TRiangulum Sphæricum aut est *quadrantale*, aut *non quadrantale*. *Quadrantale* est, cuius aut latus aut angulus æquatur quadranti, reliqui verò anguli vel latera sunt, singula quadrante minora. In Triangulo autem Sphærico quadrantali dantur casus *sedecim, in quibus inter tria* data semper ipse rectus angulus subintelligitur. *Basis* autem Vox hîc accipitur pro latere maximo, quod angulo Recto opponitur. In evolvendis autem & enodandis hisce casibus, ordine utar arbitrario, qualem & *Maginus in tabulis primi mobilis*: *& KEPPLERUS cap 7. complementi Chiliad.* adhibuerunt.

I. Primùm igitur *detur Basis cum uno angulo & inquiratur Latus dicto angulo oppositum.*

Per Log–os hîc facilis est operatio: nam saltem Log–os datorum conjice in unam summam, & prodibit Log–us quæsiti Lateris angulo oppositi. Exemplum esto in Triangulo proposito A B C, angulum ad B rectum habente, ubi data sit Basis A C, 64 grad. 30 min. cum angulo C, 32 grad. 20 min., & quæratur latus AB, dicto angulo oppositum.

10249 Log--us Basis AC, 64 gr. 30. min.
62578 Log--us Angul. C. 32 gr. 20 min.

72827 Log--us Lit. AB. angulo C opposi-ti, qui dat 28 grad. 52 min. ferè.



Aliud Exemplum.

Fingamus Basin esse 72 grad. & Angulum 50 grad.

5018 Log--us Basis 72 grad.
26651 Log--us Anguli 50 grad.

31669 E Log--us lat. angulo oppositi datur 46 grad. 46 min. ferè.

2. Secundò, *datis duobus lateribus circa rectum Ang basin invenies,* si Log--os complementorum datorum Laterum invicem addideris: sic enim proveniet aggregatum, quod est Log--us complementi quæsitæ Basis. Veluti in priore Triangulo data sunt duo latera circa rectum, nimirum AB, 36 gr. 30 min, & B, C, grad, 52, Ex hisce inventis quæratur Basis.

21833 Log--us complementi 36 grad. 30 min.
48506 Log--us complementi lateris 52 gr. 0 min.

70339 Log--us complementi Basis 29 gr. 40 min. Ergò datur ipsa Basis 60 gr. 20 min.

Aliud Exemplum.

Statuamus Latus oppositum 46 gr. 46 min. & Latus maius 63 gr. 12 min, atq; ex iis eliciatur Basis-

37838 Log--us complementi Lateris 46 gr. 46 min.
79656 Log--us complementi Lateris majoris 63 gr. 12/

117494 Log--us com menti Basis 18 gr. ferè, qui dat ipsam Basin 72 grad.

3. Tertiò, *dato latere cum angulo adjacente, datur etiam angulus ei lateri oppositus:* Nam adde Log--um anguli ad Log--um complementi Lateris & sic habebis Log--um complementi quæsiti Anguli. Vel-

uti de

uti detur in nostro Triangulo Angulus C 42 grad. cum latere B C adjacente 56 grad.30 min. & quæratur angulus A dicto lateri oppositus:

40177 Log--us Anguli C. 42 gr.
59432 Log--us Complem.Lat.BC,56 gr.30 min.

99609 Log--us Complem. Anguli quæsiti ad A 21 gr. 40 min.& proinde ipse angulus datur 68 gr. 20 min.

Aliud Exemplum.

Assumamus angulum 50 grad. & latus adjacens 63 gr.12 min.


26651 Log--us anguli 50 gr. 0 min.
79656 Log--us Complem. Lat. adjacentis 26 gr. 48

106307 Log--us Complem. Anguli quæsiti 20 gr. 12 min. ferè, & ideò ipse Angulus quæsitus 69 gr. 48 min.

4. Quarto *data Base cum uno latere, datur quoq; angulus illi lateri oppositus*, si scilicet Logarithmus Basis â Log- o lateris subducatur: sic enim remanebit Log--us Anguli oppositi: Veluti in oblato Triangulo A B C, est Basis data A C. 60 gr.20 min & Latus A B. 36 gr.30 min.

51949 Log--us Lat.A B. 36 gr. 30/
14050 Log--us Basis 60 gr 20/

37899 Log---us anguli illi lateri oppositi, 43 grad.12 min.



Aliud Exemplum.

Ponamus etiam Basin esse 72 grad. 0 min. necnon latus angulo oppositum 46 g.46 min.

31669 Log--us lat. ang.oppositi 46 gr.46 min.
5018 Log--us Basis 72 gr. 0 min.

26651 Log--us Anguli Lateri oppositi 50 gr. 0 min.

5. Quintò *dato latere cum angulo illi opposito, datur etiam Basis*, si scilicet Log--us anguli oppositi subtrahatur â Log--o lateris: sic enim remanebit Logarithmus Basis. Veluti in priore nostro Exemplo datur Latus A B 36 gr. 30 / cum angulo C. opposito 43 gr.13 / E. instituatur talis operatio.

51949

51949 Log—us Lateris AB. 36 gr. 30/
37899 Log—us Anguli oppositi 43 gr. 12/
14050 Log—us Basis 60 gr. 20 min. quæsitus.

Aliud Exemplum.

Vel constituamus Latus 17 gr. 31 min. 54 sec. & Angulum oppositum 37 gr. 0 min.

119987 Log--us Lateris 17 gr. 31/54//
50780 Log--us Anguli oppositi 37 gr. 0/
69207 Log--us Lateris quæsiti 30 gr. 2 min. 8 sec.

6. Sexto. *Datis duobus angulis obliquis inveniuntur latera illis opposita*, si Log—us anguli, qui lateri quæsito contiguus est, auferatur à Log—o complementi anguli oppositi ; Sic enim restat Log—us complementi Lateris quæsiti. Veluti in oblato Triangulo A B C, angulus A esto 68 gr. 20 min. & angulus C grad. 42 min. 0, quæraturq; Latus B C angulo priori A oppositum.

99640 Log—us complementi Anguli oppositi 68 gr. 20/
40178 Log—us anguli lateri quæsito adjacentis 42 gr.
59462 Log—us complementi Lateris quæsiti 56 gr. 31 min. & Latus ipsum 33 gr. 29 min.

Aliud Exemplum.

Repetamus alterum exemplum superius, ubi prior angulus datus est 50 gr. 0 min. Posterior angulus verò 43 gr. 15 min.

44194 Log—us complementi anguli 50 gr.
37807 Log—us anguli posterioris 43 gr. 15 min.
6387 Log—us complementi Lateris 20 gr. 16 min. ferè.

7. Septimò. *Dato latere cum angulo opposito investigatur alius Angulus dicto lateri adjacens*; si scilicet Log—us complem. Lat. dati subducatur à Log—o complementi anguli lateri oppositi : Ita enim residuus est Log—us anguli dicto lateri adjacentis. Veluti in nostro Triangulo A B C, offertur Latus B C, 56 gr. 30 min. & Angulus A ei oppositus 68 gr. 20 min.


99640 Log—us complem, Anguli oppositi ad A 68 gr. 20 min.
59432 Log—us complem. Lat. BC, 33 gr. 30 min.
40208 Log—us 41 gr. 59 min. anguli Lateri adjacentis C.

Aliud Exemplum.

Vel ponatur Latus 72 gr. 0 min. & Angulus 63 gr. 12 min.
117436 Log—us complem. Lat. 18 gr. 0 min.
79656 Log—us complem. Anguli 26 gr. 48 min.
37780 E. Latus quæsitum est 43 gr. 16 min.

8. Octavò. *Data Base cum uno Latere, Latus aliud adinvenitur,* si auferas Log—um complementi Lateris à Log—o complem. Basis: Sic enim relinquitur Log—us complementi Lat. quæsiti. Veluti data est Basis AC 60 gr. 20 min. & Latus BC 52 gr. 0 min.

70329 Log—us complem. Basis 60 gr. 20/
48506 Log—us complem. Lateris 52 gr.
21823 Log—us Complem. Lateris quæsiti 53 gr. 30 min.



Aliud Exemplum.

117440 Complem. Basis 72 gr.
79635 Complem. Lat. 63 gr. 12/
37805 Log. Lat. quæsiti 43 gr. 14 min.

Quod si hoc Problema communibus Trigonometriæ Sinuum legibus solvendum esset, talis proportio foret instituenda: Sicut sese habet Radius ad Secantem complementi Basis: Ita sese habet Secans complementi anguli dati ad Secantem complementi Lateris oppositi. Vel; Ut sese habet Sinus Basis ad Radium: ita Secans complementi anguli dati, ad Secantem complementi lateris oppositi quæsiti. Vel denique; Ut Secans complementi Basis sese habet ad Radium, ita Sinus anguli dati ad Sinum Lateris oppositi quæsiti. Verùm faciliore operâ per Aphæresin Antilogorum nostri Canonis hoc problema solvitur, sicut paulò ante ostensum fuit.

9. Nonò. *Datis duobus Lateribus circa rectum, acutos angulos ita inquiri-*

inquirimus. (1) Si Antilog—i Laterum datorum conjiciantur in unam summam, & aggregati Log--orum excerpatur arcus, cuius Antilog -us subductus à Log--o Lateris angulo quæsito oppositi, relinquet Log--um anguli quæsiti. Veluti in Triangulo nostro A B C dentur duo latera circa rectum, AB grad. 36. min. 30. BC grad. 52. & investigetur angulus C Lateri AB oppositus. Ubi ita procedendum erit.

21833 Log—us complementi seu Antilog--us Lateris AB.36 gr.30/
48506 Log--us complem. seu Antilog--us Lateris BC 52 gr.0 min.

70339 Aggregatum, quod exhibet Log--um arcus 29 gr.39/50//

51949 Log—us Lateris AB 36 gr. 30 min.
14048 Antilog—us Arcus 29 gr.39/50//.

37901 Log—us anguli quæsiti 43 gr. 12 min.

(2) Deinde compendiosiùs eundem angulum obtinere poterimus, si subtrahimus Log--um Lateris BC, qui quæsito angulo C adjacet, à Meso-log—o alterius Lateris AB. dati: Nam sic prodibit Mesolo--gus anguli C quæsiti abundans.

30116 ✝ Mesolog—us 36 gr.30/ Lateris AB
23824 Log—us 52 gr. 0 min. Lateris BC.

6292 ✝ Mesolog—us Anguli C quæsiti 43 gr. 12 min.

Aliud Exemplum.

Fingatur BC esse grad. 24 min. 47. sec. 4. & Latus AB 17 gr.31/54//

115235 ✝ Mesolog--us Lat. AB. 17 gr.31/54//
86939 Log—us Lat. BC. 24 gr. 47/4//

28296 ✝ Angulus C 37 gr. 0 min.

In vulgari Trigonometria Sinuum per tales proportiones angulorum obliquorum alteruter acquiritur: Sinus Lateris alterutrius est ad Radium, ut Tangens reliqui Lateris ad Tangentem anguli oppositi. Aut, Secans complementi Lateris alterutrius ad Radium est, ut Tangens complementi alterius lateris ad Tangentem complementi anguli oppositi. Aut, Radius est ad Sinum Lateris alterutrius, ut Tangens complementi reliqui lateris ad Tangentem cõplementi anguli oppositi. Vel, Radius est

 ad Se-

ad Secantem Lateris unius, ut Tangens alterius lateris ad Tangentem anguli oppositi. At commodiùs Calculus per præmonstratam viam expeditur.

10. Decimò. *Data Base cum uno angulo Latus adjacens invenitur*, si Log–i datorum in unum addantur & aggregati arcus Antilog–us auferatur ab Antilog–o anguli dati: Tunc enim remanebit Antilog–us Lateris quæsiti: Veluti in Triangulo A B C esto nota Basis A C 60 gr. 20/ & angulus C 43 gr. 13 min.

14050 Log–us Basis 60 gr. 20/
37869 Log–us 43 gr. 13/ anguli C.
51919 Log–us arcus 36 gr. 30 min. 50 sec.

70329 Antilog–us Basis
21851 Antilog–us arcus aggregati.
48478 Antilog–us Lat. adjacentis 38 gr. 1/ & proinde ipsum Latus adjacens 51 gr. 59/.

Deinde citiùs idem latus impetratur, si Antilog–us anguli subtrahatur Mesolog–o Basis deficiente, ita enim relinquitur Mesolog–us lateris adjacentis.

56279 – Mesolog–us Basis 36 gr. 20 min.
31640 Antilog. anguli C 43 gr. 13 min.
24639 – Mesolog–us 51 gr. 59 min. ferè, ut priùs.

Aliud Exemplum.

Ponamus nunc Basin AC 30 gr. & Angulum ad C 60 gr.

54931 – Mesolog–us Basis 60 gr.
14384 Antilog–us Anguli C.
40547 – Mesolog–us Lat. BC. 56 gr. 18 min. 35 sec.

Si operatio instituenda sit per Sinuum Canonem, ita proportio formetur necesse est. Ut Sinus complem. anguli dati ad Radium : ita Tangens complementi Basis est ad Tangentem complem. Lateris dato angulo adjacentis. Vel; Ut Secans anguli dati est ad Radium : ita Tangens Basis ad Tangentem Basis dato angulo adjacentis. Vel etiam; Radius est ad Sinum complementi anguli dati, ut tangens Basis ad Tangentem Lateris angulo dato adjacentis. Aut denique; Radius est ad secantem anguli dati, ut

Tangens

Hieher gehöret die tabula motus horarii Lunæ.

	11. Gr.		12. Gr.		13. Gr.		14. Gr.		15. Gr.	
ſt.	Gr.	/	Gr.	/	Gr.	/	Gr.	/	Gr.	/
1	0	27	0	30	0	32	0	35	0	37
2	0	55	1	0	1	5	1	10	1	15
3	1	22	1	30	1	37	1	45	1	52
4	1	50	2	0	2	10	2	20	2	30
5	2	17	2	30	2	42	2	55	3	7
6	2	45	3	0	3	15	3	30	3	45
7	3	12	3	30	3	47	4	5	4	22
8	3	40	4	0	4	20	4	40	5	0
9	4	7	4	30	4	52	5	15	5	37
10	4	35	5	0	5	25	5	50	6	15
11	5	2	5	30	5	57	6	25	6	52
12	5	30	6	0	6	30	7	0	7	30
13	5	57	6	30	7	2	7	35	8	7
14	6	25	7	0	7	35	8	10	8	45
15	6	52	7	30	8	7	8	45	9	22
16	7	20	8	0	8	40	9	20	10	0
17	7	45	8	30	9	12	9	55	10	37
18	8	15	9	0	9	45	10	30	11	15
19	8	42	9	30	10	17	11	5	11	52
20	9	10	10	0	10	50	11	40	12	30
21	9	37	10	30	11	22	12	15	13	7
22	10	5	11	0	11	55	12	50	13	45
23	10	32	11	30	12	27	13	25	14	22
24	11	0	12	0	13	0	14	0	15	0

Tangens complementi Basis ad Tangentem complementi Lateris dicto angulo adjacentis.
11. Undecimò. *Dato angulo cum Latere adjacente Basin exquirimus*, si Log—us anguli & Antilog—us Lateris in unam summam conjiciantur, & Aggregati Antilog—us auferatur à Log—o Lateris dati: Sic enim relinquitur Log--us Basis. Veluti in Triangulo ABC, angulus C datur 43 gr. 13 min. & Latus ei adjacens BC grad. 52. Ut verò Basis innotescat, ita secundum præceptum procedendum est.

48506 AntiL. Lateris B C, 52 grad.
37869 Log—us Anguli 43 gr. 13 min.
86375 Aggregatum Arcus 24 gr. 56/. cuius Antilog—us est 9783.
23824 Log—us Lateris dati,
9783 Antilog. arcus aggregati 24 gr. 56/.
14041 Log--us Basis 60 gr. 21 min.

Breviùs ita Calculus conficitur, quando Antilog—us Anguli ad Mesolog—um Lateris additur: Sic enim prosilit Mesolog—us deficiens Basis.

24681 — Mesol. Lat. 52 gr. B.C.
31640 AntiL. Anguli 43 gr. 13/.
56321 — MesoL. Basis A C 60 gr 21 min. ferè.

Aliud Exemplum.

Vel constituamus angulum 60 gr. & ipsum Latus 33 gr. 41/25//
14384 AntiL. Anguli 60 gr.
40547 MesoL. Lateris 33 gr. 41/25//
54931 — Mesol. Basis 60 gr.
Datur igitur Basis quæsita 60 gr; 0 min.

In Trigonometria Sinuum talis invenitur in hisce numeris proportio. Radius est ad Sinum complementi anguli, ut Tangens complementi Lateris ad Tangentem complementi Basis: Aut Radius est ad secantem anguli, ut Tangens Lateris ad Tangentem Basis. Vel Sinus complementi anguli est ad radium, ut tangens Lateris ad tangentem Basis. Vel etiam, Sinus complementi anguli est ad Radium, ut Tangens Lateris ad Tangentem Basis. Vel denique, Secans Anguli est ad Radium, ut Tangens complementi Lateris ad Tangentem complementi Basis.

 12. Duo-

12. Duodecimo. *Datâ Base & angulo obliquo alterutro invenitur reliquus angulus* hoc pacto; quando per solos Logarithmos vis operari. Aggregato Log—os datorum Basis & Anguli : Summa excerpat arcum, cuius Antilog--us auferatur ab Antilog--o anguli dati : Sic enim remanebit Log--us anguli quæsiti: E.g. In nostro Triangulo A B C, datur Basis A C 64 gr. 30/ & Angulus C 32 gr. 20 min.



10249 Log--us Basis
62578 Log--us anguli C. 32. gr. 20/.
72827 Huius aggregati arcus est 18 gr. 52 min.
16848 AntiL. anguli C 32 gr. 20/.
13268 Antil. arcus aggregati 28 gr. 52/.
3580 Log. Anguli quæsiti 74 gr. 46 min. ferè.

Faciliùs autem hunc angulum venaberis, si AntiL. Basis adjeceris MesoL-mo anguli : Sic n. proveniet Mesolog--us Defectivus reliqui anguli:

84278 Antil. 64 gr. 30/ Basis AC.
45730 + MesoL. gr. 32.30/ Anguli C.
130008 —MesoL. 74 gr. 45/ fere.

Aliud Exemplum.

Quod si assumamus Basin 60 gr. & Angulum 30 gr. reliquus Angulus nonnihil contractior erit.

69315 AntiL. Basis 60 gr.
54931 + MesoL. Anguli 30 gr.
124246 — MesoL. Anguli quæsiti, qui exæquat 73 gr 53/52//.

Ex Canone Sinuum talis fluit proportio : Ut Sinus complementi Basis est ad Radium : Ita Tangens complementi anguli ad Tangentem anguli reliqui. Aut; Ut Secans Basis est ad Radium : Ita Tangens anguli ad Tangentem complementi reliqui. Vel; Ut Radius est ad Sinum complementi Basis: Ita Tangens anguli ad Tangentem complementi reliqui. Vel denique; Ut Radius est ad secantem Basis, ita Tangens complementi anguli ad Tangentem reliqui.

13. Decimo tertiò, *Dato Latere & angulo adjacente investigatur Latus*

Latus reliquum angulo oppositum; si in unam summam conjiciantur Logarithmus anguli & Antilog--us Lateris & summæ arcus Antilog--us auferatur ab AntiL. o anguli dati, sic enim restabit AntiL. Lateris quæsiti: Veluti in nostro Triangulo detur Latus B C 52 gr. cum angulo C ei adjacente 43 gr. 13 min., quæraturq; Latus AB, quod ei opponitur

48506 Antilog--us Lat. 52 gr.
37859 Log--us Anguli dati 43 gr. 13/.
86365 dat arcum 24 gr. 56/10//.

31640 AntiL. anguli dati 43 gr. 13/
9786 AntiL. summæ arcus.
21854 AntiL. lateris quæsiti 36 gr. 31 min. ferè.

Deinde operatio fit expeditior, si Log--ũ Lateris dati addideris ad MesoL. anguli, sic enim resultabit MesoL Lateris quæsiti angulo oppositi.

23824 Log--us 52 gr. 0/ Lateris BC.
6292 ✝ Mesolog--us anguli C 43 gr. 13/.
30116 ✝ Mesolog. 36 gr. 30/ ferè.

Aliud Exemplum.

Quod si assumamus Latus antè nominatum 56 gr. 18/35// & angulum saltem 30 gr., tunc latus angulo oppositum brevius evadet, ut ex subjecto exemplo apparet:

18387 Log. Lateris 56 gr. 18/35//
54931 ✝ Mesolog. arcus 30 gr.
73318 ✝ MesoL. lateris alterius 25 gr. 39/32//.

In Trigonometria Sinuum ad hunc casum solvendum eiusmodi dantur proportiones: Radius est ad Sinum Lateris dati, ut Tangens anguli adjacentis ad Tangentem reliqui Lateris. Vel; Radius est ad Secantem complementi lateris, ut Tangens complementi anguli adjacentis, ad Tangentem complementi lateris oppositi. Vel etiam; Sinus lateris dati est ad Radium, ut Tangens complementi anguli adjacentis ad Tangentem complementi Lateris reliqui. Vel denique, Secans complementi Lateris dati est ad Radium, ut Tangens anguli adjacentis ad Tangentem Lateris eidem Radio oppositi.

14. Decimo quartò. *Datâ Base cum uno latere manifestatur angulus ab his comprehensus*, quando Antilog--us Lateris ab Antilog--o Basis

aufertur,

aufertur, & quando residuum in arcū convertitur, & ab eius Antilog--o Log--us Basis subtrahitur. Sic enim relinquetur Log--us anguli quæsiti. Veluti in nostro Triangulo datur Basis A C 64 grad. 30 min. & Latus A B 28 gr. 51 min.

84278 Antilog--us Basis 64 gr. 30/.
13284 Antilog--us Lateris 28 gr. 51/.
70994 Log--us arcus dat 29 gr. 27 min.

13836 Antilog--us Arcus prioris residui.
10249 Log--us Basis 64 gr. 30 min.
3587. Log--us anguli comprehensi quæsiti A. 74 gr. 45 min.

Verùm promptiùs se sistit calculus, quando Mesolog--us Basis & Meso L. lateris aggregantur, tunc enim prodit Antilog--us anguli quæsiti, ut ex subjecto Exemplo patet.

74029 -- Mesolog--us 64 gr. 30 min. Basis A C.
59622 + Mesolog--us 28 gr. 51 min. Lateris A B.
133651 Antilog--us Anguli A. 74 gr. 46/ ferè.

Aliud Exemplum.

Quod si Basis hic assumatur 60 gr. & Latus 56 grad. 18/35//. Tunc minor Meso L. ad significationem numeri defectivi est subtrahendus à Meso L. majore, & remanet Antilog--us anguli quæsiti comprehensi, sicut ex operatione apparet.

54931 -- Mesolog--us Basis 60 gr.
40546 -- Mesolog--us Lateris 56 gr. 18/35//
14385 Antil. anguli quæsiti 30 gr.

In Trigonometria Sinuum tali proportione proceditur: Tangens complementi Lateris dati est ad Radium ut Tangens complementi Basis ad Sinum complementi anguli comprehensi. Vel; Tangens Lateris dati est ad Radium, ut Tangens Basis ad Secantem anguli comprehensi. Vel; Radius est ad Tangentem complementi Lateris dati, ut Tangens Basis ad Secantem anguli comprehensi. Vel denique; Radius est ad Tangentem Lateris dati, ut Tangens complementi Basis ad Sinum complementi anguli comprehensi.

15. Decimò quintò. *Dato Latere & angulo opposito exquiritur reliquum*

reliquum Latus, si constiterit, quadrantene majus sit, an v. minus: Nam subduc Log–um anguli oppositi â Log–o Lateris, residuum converte in arcum, & ab eius Antilog–o subtrahe Antilog–um Lateris, & sic obtinebis Antilog–um Lateris reliqui quæsiti. Veluti in nostro Triangulo ABC habetur Latus AB 36 gr. 30 min. cum angulo ei opposito C. 43 gr. 13 min. & exploratur reliquum latus BC.

51949 Log–us Lateris 36 gr. 30/ AB.
37869 Log–us Anguli 43 gr. 13/.

14080 Log--us arcus, qui exhibet 60 gr. 18/.

70227 Antilog–us arcus.
21833 Antilog–us lateris.

48394 Antilog–us lateris quæsiti BC 51 gr. 57 min. ferè.

At expeditior est calculus in hac operatione & proportione: Ut sese habet Sinus totus ad Mesolog–i anguli complementum, ita Mesolog--us lateris ad Log–um reliqui lateris.

30116 + Mesolog. anguli 36 gr. 30/.
6229 — Mesolog. complementi lateris 43 gr. 13 min.

23887 Log–us Lateris quæsiti BC 51 gr. 57/ ferè.

Aliud Exemplum.

Vel assumatur angulus oppositus 30 gr. & latus 25 gr. 39 min. 32 sec.

73318 — Mesolog. complementi Lateris 25 gr. 39/ 32//
54931 + Mesolog. anguli 30 gr.

18387 Log. Lateris AC 56 gr. 18 min. 35 sec.

Ex Canone Sinuum idem latus per talem proportionem eruitur: Ut Tangens anguli dati est ad Radium: ita Tangens lateris oppositi ad Sinum lateris reliqui. Vel ut Tangens complementi anguli noti est ad Radium, ita Tangens complem. Lateris oppositi ad Secantem complementi Lateris alterius. Vel; Ut Radius ad Tangentem anguli dati, ita Tangens complementi alterius lateris ad secantem complementi Lateris oppositi. Vel denique; Ut Radius est ad Tangentem complementi anguli dati: ita Tangens lateris oppositi ad Sinum lateris reliqui.

16. Decimò sextò & ultimò. *Dato utroq; angulo obliquo datur Basis, si Log--us anguli unius ab Antilog--o anguli alterius subtrahatur:*

Nam residuus dabit arcum, à cuius Antilog--o subductus Log.-us anguli alterius relinquet Log--um Basis. Veluti detur nostrum Triangulum Rectangulum notorum angulorum, ad A 74 gr. 45 min, ad C 32 gr. 30 min.



133548 Antilog--us anguli ad A 74 gr. 45 m.
62120 Log--us anguli ad C. 32 gr. 30 min.

71428 Log--Arcus 29 gr. 18/40//.

13699 Antilog--us Arcus 60 gr. 41/20//
3585 Log.-us anguli 74 gr. 45/

10114 Log. dat 64 gr. 40 Basin quæsitam.

Sed promptior & facilior fit Calculus in hac proportione. Ut Radius ad complementum Tangentis anguli C, vel MesoL. eius: ita Mesolog--us anguli A ad Antilog.-um Basis quæsitæ A C.

129963 — Mesolog--us anguli A 15 gr. 15 min.
45088 + Mesolog--us anguli C 32 gr. 30 min.

84875 AntiLog. Basis quæsitæ AC 64 gr. 40/

Aliud Exemplum.

Statuatur unus angulus esse 73 gr. 53/52// & alter 30 gr. inquiraturque Basis per eundem processum.

124244 — MesoL. 73 gr. 53/52//.
54931 + MesoL. 30 gr.

69313 Antilog--us Basis 60 gr. ferè.

Ex Canone Sinuum eadem Basis per tale ratiocinium obtinetur: Tangens anguli alterius est ad Radium, ut Tangens complementi anguli reliqui ad Sinum complementi Basis. Vel; Tangens complementi anguli alterius, est ad Radium, ut Tangens anguli reliqui ad Secantem Basis. Aut; Radius est ad Tangentem anguli alterutrius, ut Tangens anguli reliqui ad Secantem Basis. Aut denique; Radius est ad Tangentem anguli alterutrius, ut Tangens complementi anguli reliqui ad Sinum complementi Basis. *Et tantum de Triangulis Sphæricis Rectangulis. Nunc ab obliquangula progredimur.*

CAPUT VII.

De solutione Triangulorum Sphæricorum non quadrantalium, seu obliquangulorum.

IN solutione Triangulorum obliquangulorum Sphæricorum 1. attendendum est quid sit Triangulum Sphæricum non quadrantale, nimirum id, cuius nec latus nec angulus quadrans est. 2. Quotuplex sit eius solutio, quam in aliquot casibus ostendam. Dantur enim hîc XII. casus, quorum varietas primùm in hac Διχοτομία consistit. Nam partes tres dati Trianguli aut sunt puræ h. e. vel latera, vel anguli, aut Miscellaneæ, quarum una est diversi generis reliquis duabus, veluti cum dantur duo latera, & angulus aliquis, aut duo anguli cum latere aliquo. Puræ cùm simplicitate sint priores, licet non destituantur suâ difficultate, primùm hîc sortiantur locum.

1. Casus. Proinde *datis tribus Trianguli Sphærici lateribus, habetur & quivis angulorum hoc pacto* : Quia in Triangulis Sphæricis non quadrantalibus summa ex Log--is crurum subducta à summa ex Log--is aggregati & Differentiæ semiBasis, nec non Differentiæ Crurum relinquit duplum Log--i dimidii anguli verticalis (sicut id *NEPERUS lib. 2. descript. Canonis Log--orum cap. 6. Adm. 3. ex Regiomontani lib 5. cap. 2 de Triangulis* luculenter demonstrat.) Idcirco sequitur, quod, si Log--i crurum in unam summam conjiciantur, postea differentia etiam duorum crurum in suis gradibus & minutis accipiatur, bisecturque, ut prodeat Semidifferentia crurum: Deinde quoque Basin bipartiaris, ut SemiBasin obtineas, & aggreges Semibasin ac Semidifferentiam crurum, nec non eorundem differentiam quoque accipias. Exinde aggregati Semibasis & Semidifferentiæ Log--um addas ad Log--um Differentiæ SemiBasis ac Semidifferentiæ, atque tunc ab ea summa subducas summam utriusque cruris asservatam, ut obtineas duplum Log--i dimidii anguli quæsiti. Necesse est igitur, ut Log--us iste bisectus ostendat quendam arcum, cuius duplum sit angulus quæsitus : Id quod ex nonnullis exemplis & ipso operationis modo abunde satis apparebit.



Assumam autem 1 exemplum *NEPERI l. d. adm.* 8. Ubi datur Triangulum P.Z.S. Crus PZ 34 grad. & Crus ZS 47 gr. Basis verò, quæ quæsitum angulum subtendit, 69 grad.

31286 Log_us Cruris ZS, 47 gr.
58126 Log_us Cruris ZP 34 gr.
89412 Summa Log_orum Crurum.

Crus ZS 47 grad.	Basis PS 69 gr.	
Crus ZP 34 grad.	Semibasis 34 gr. 30/	
Differ. 13 gr.	Semidiff. Crurũ 6 gr. 30/	
Semidiffer. 6 gr. 30/.	Aggr. Semibasis 41 0 & Semidiff.	Log. 42150
	Differ. 28 0	Log. 75615
	Summa	117765
	Summa Log. Crurum	89412
	Duplum Log_i	28353
	Log. cuius arcus est	14176

60 gr. 12/24// qui duplicatus dat quæsitum angulum PZS. 120 gr. 24/48//.

Exemplum 2. esto *Keppleri ex complemento Chiliadis pag. 156.* Crus unum sit 70 gr. 2/ Alterum 38 gr. 30 min. & Basis 40 gr. 0 min.

6199 Log. Cruris 70 gr. 2 min.
47399 Log. Cruris 38 gr 30 min.
53598 Summa Log-orum crurum.

Crus 70 gr. 2 min.	Basis 40 gr.	
Crus 38 gr. 30 min.	Semibasis 20 gr.	
Differ. 31 32	Semidiff. 15 gr. 46./	
Semid. 15 46	Aggreg. Semib. 35 gr. 46/ & Semidiff.	Log. 53702
	4 14	260615
		Summa 314317

Summa

Summa 314317
Sum.Log.Crur. 35598
260719

Log.arcus 15 gr. 130359
45/25//qui duplicatus ostendit angulum quæsitum, videlicet 31 gr.30/50//.

Exemplum 3 esto *Ursini*, quod habet *lib 3 Trigonometriæ cap. 5. caf. 1. p. 270.* Crus unum sit 37 gr. Alterum 56 gr. 56 min. 16 sec. & Basis 78 gr. 41 min.

50780 Log. Cruris 37 gr.
17664 Log. cruris 56 gr.56/16//
68444 Summa Log--orum crurum.

Crus	56 gr. 56 min. 16 sec.	Basis	78 gr.	41 min.	
Crus	37 gr.	Semibasis	39 gr.	20/30//	
Differ.	19 gr. 56 min. 16 sec.	Semidiff.	9.	58	8
Semidiff.	9 gr. 58 min. 8 sec.	Agg.SemiB. & Semidiff.	49.	18	38
		Differ.	29	22	22

27674 Log--us Aggreg. SemiB. & Semidiff.
71235 Log--us Differ. SemiB. & Semidiff.
98909 Summa
68444 Summa Log--orum crurum,
30465 Duplum Logar--um,
15232 Log--us, qui dat arcum 59 grad. 10/21 // quiq; duplicatus dat angulum quæsitum 118 gr.20/42//

Hisce etiam 4 Exemplum *ex dogmate secundo Triangulorum Sphæricorum Christiani S Longomontani pag.33.* subjiciam, quod ille secundum Trigonometriam Sinuum tractat, nos autem huius Trianguli arcum ex Canone Log- orum pervestigabimus. Unum Crus est 60 grad. Alterum 50 gr. & Basis 26 gr.22/20//.

26651 Log--us Cruris 50 gr.
14384 Log--us Cruris 60 gr.
41035 Summa Log--orum crurum.

Crus	60 graduum	0 min.	
Crus	50 graduum	0 min.	
Differ.	10 grad.		
Semid.	5 grad.		

Basis est	26 gr. 22/20//
Semibasis	13 gr. 11/10//
Semidiff.	5 gr.
Aggreg. Semibasis & Semidiff.	18 gr. 11/10//
Differ.	8 11, 10.

116442 Log--us Aggreg. Semibasis & Semidiff.
194919 Log--us Differ. Semibasis & Semidiff.

311361 Summa,
41035 Summa Log--orum crurum.

270326 Duplum Logar--i.

135163 Log. arcus 15 gr. qui duplicatus exhibet angulum 30 gr.

Quamvis etiam idem angulus non solùm per Log--os & AntiLog--os, verùm etiam Mesolog---os, atque sic triplici modo elici possit, ceu *NEPERUS lib. 2. descript. Canon. Logar. cap 6. adm. 9. & 10.* ostendit: tamen, cum hic traditus à nobis modus sit omnium facilimus & expeditissimus, ideoq; in eo acquiescimus. Nam per hunc ex elevatione Poli, altitudine Solis & eiusdem declinatione cognitis, vel hora diei, vel angulus positionis Solis, vel deniq; plaga Solis pervestigari potest.

Qui verò & reliquos scire percupiunt, præfatum NEPERVM dicto loco consulant. Nos ad reliquos brevitatis studio properamus Casus.

2. Secundus Casus. Quemadmodum autem ex lateribus inveniuntur anguli: ita quoque *ex angulis perspectis inquiruntur singula latera:* Nam hic Casus est prioris quasi inversio, ob laterum & angulorum oppositorum inter se Anomaliam: sicut huius rei luculentam demonstrationem Trigonometriæ Scriptores evidenter proponunt; ceu apud *Pitiscum*, *Adrianum Romanum*, *Lansbergium* & alios videre est. Quippe angulis hîc loco laterum assumtis non adeò multum à priore diversa operatione latera innotescunt Siquidem & hîc Log--i angulorum Latus attingentium in unam summam conjiciuntur; & si anguli sunt obtusi, eorum complementa ad Semicirculum accipiuntur: Deinde etiam angulorum latus quæsitum attingentium cape differentiam: Postea in promptu quoque sit angulus tertius lateri quæsito subtensus vel oppositus:

tus: Qui si erit obtusus & maximus, adhibe quoque complementum eius ad Semicirculum. Deinde differentiam angulorum latus attingẽtium ab angulo tertio vel eius complemento subduc, & tàm summam quàm residuum biseca, bisectorum Logar--os aggrega, ab aggregato aufer summam Log--orum duorum angulorum latus attingentium primo loco investigatam. Residui Log--i accipe Semissem, qui semissis est dimidium lateris quæsiti ex columna arcuum, si tertius angulus lateri oppositus fuerit acutus: Sin verò fuerit obtusus, tunc duplica datum arcum, & accipe complementum eius ad Semicirculum, quod est ipsum latus quæsitum.

Praxin jam per exempla in numeris ostendam.

Exemplum I, esto *Neperi ex libro 2. descr. Canon. Log. c. 6. adm. 12.*



In Triangulo subjecto Q. R. T. dantur anguli ad T 34 gr. ad R, III, gr. & deniq; ad Q 47 grad. Quæraturq; latus RT, angulo Q oppositum.

6873 Log--us complem. angul. R, ad Semicirc. 69 gr.
58126 Log--us anguli T 34 gr.

64999 Summa Log--orum angul. latus quæsitum attingent.

Anguli R. Complem. ad Semicirc. 69 gr.
Angulus T. 34 gr.

Differentia angulorum 35 gr.
Tertius angul. Lat. quæsito oppositus 47 gr.
Differentia angulorum 35 gr.

Summa Diff. angulor. & tertii anguli 82 gr. Bisecta sum̃a 41 gr.

Residuum Diff. angulorum à tertio 12 Bisectũ resid. 6 gr.

42150 Log--us Bisectæ summæ 41 gr.
225829 Log--us Bisecti residui 6 gr.

267979 Summa.
64999 Summa Log--orum angul. latus quæsitum atting.

202980 Residuum Log--i.

101490 Semissis, qui dat arcum 21 gr. 15 min. isque duplicatus exhibet latus quæsitum RT, 42 gr. 30. Eodem modo & reliqua latera indagantur[illegible] Latus QR. 31 gr. 6 min. 5 sec. & Latus QT 120 gr 24 m. 49 sec. [illegible] *Kepleri in complem Chiliad pag. 161,* ubi dantur

anguli

anguli latus quæsitum attingentes 31 gr. 34/ & 30 gr. 28 min. nec non tertius angulus quæsito lateri subtensus 130 gr. 3 min.

64724 Log--us anguli 31 gr. 34 min.
67917 Log--us anguli 30 gr. 28 min.

132641 Summa Log--orum angul. latus quæsitum attingent.

Angulus	major	31 gr.	34 min.
Angulus	minor	30 gr.	28 min.
Differentia	angul.	1. gr.	6 min.

Quia verò tertius angulus Lateri quæsito oppositus est obtusus, h.e. Quadrantem excedit, iccircò assume eius complementum ad Semicirculum.

180 gr. Semicirculus.
130 gr. 3 min.

49 57 Complem. tertii angul. ad Semicirc.
1 6 Different. angulorum.

25 gr. 31/30// Bis. Summæ 51 3 Summa diff. angul. & tertii anguli.

24 gr. 25/30// Bis. resid. 48 51 Resid. Diff. angul. à tertio.

84187 Log--us Bisectæ summæ 25 gr. 31/30//
88308 Log--us Bisecti residui 24 gr. 25/30//

172495 Summa.
132641 Summa Log--angul. latus quæsitum attingent.

39854 Residuum Log--i.

19927 Semissis Log--i, qui exhibet semissem arcus complementi ad Semicirculum, videlicet 55 gr. 1 min. qui conduplicatus & subtractus à Semicirculo (eò quod tertius angulus existat obtusus) relinquit latus quæsitum, 55 gr. 1 min.
55 gr. 1 min.

180
110 2

E. latus quæsitum est 69 gr. 58./ ferè.

Exemplum 3 esto *Longomontani in solut. Triangulorum Sphæricor. Obliquangul. dogmate 3. pag. 34.* qui tale proponit solvendum

Schema



Schema ex *Lansbergio.* Sit Triangulum Sphæricum obliquangulum A B C notum in angulis, & angulus ad A sit 30 grad. Angulus ad B obtusus 102 grad. 53 min. 31 sec. Et denique angulus ad C lateri quæsito B A subtensus grad. 59 min. 34 sec. 22, quæraturq; præfatum latus BA.

2553 Log--us complem. anguli B attingentis La-
69315 Log--us anguli A 30 gr. (tus 77 gr. 6/29//

71868 Summa Log. angul. latus quæsitum attingentium.

Complement. anguli majoris	B.	77 gr. 6 min. 29 sec.
Angulus minor	A.	30 gr. 0 min. 0 sec.
Differentia angulorum		47 gr. 6 min. 29 sec.

Tertius angul. Lat. quæsito opposit.	59 gr 34/22//
Differentia angulorum	47 gr. 6/29//
Summa Diff. angul. & tertii ang.	106 gr. 40/51// Sum̃a Bis. 53 gr. 20/25//
Resid. Differ. angul. à tertio	12 gr. 27/53// Resid. Bis. 6 gr. 13/56//

22039 Log--us Summæ bisectæ 53 gr. 20/25//
222029 Log--us Residui bisecti 6 gr. 13/56//

244068 Summa
71868 Summa Log--orum angul. latus quæsitum atting.

172200 Residuum Log--i.

86100 Semissis, qui exhibet arcum 25 gr. 0/ ferè, isque duplicatus ostendit arcum quæsitum B A 50 grad., ut & habet *Severini* calculus.

Atque sic ex angulis per conversionem Latera acquires, cuius usum in sequente capite haut dubiè percipies: Nam ex hora diei, plaga Solis & angulo positionis Solis per hunc casum Elevationem Poli primùm, deinde altitudinem Solis & denique Declinationem Solis consequeris.

3. Tertius casus. Hactenus partes puras Trianguli Sphærici non quadrantalis vidimus: Miscellaneæ jam sequuntur, ideo dictæ, quod una pars sit diversi generis à reliquis duabus: e. g. quando dantur duo latera & angulus aliquis, aut duo anguli & aliquod latus. Observandum autem hìc est, quod in partibus Miscellaneis datis, si ab illo termino lateris dati, in cuius reliquo sit angulus datus, cadat ad Basin perpendicularis, aut quadrans datum illum angulum subtendens, reducatur non quadrantale ad

bina quadrantalia: Proinde & non quadrantalis partes innotescere possunt: Revocemus enim ad hunc casum solutionem Trianguli Sphærici obliquanguli h. e. non quadrantalis, *in quo datis duobus lateribus & angulo interposito seu incluso, quæritur latus tertium angulo dato oppositum:* Siquidem adde Log-o lateris minoris Log-um anguli comprehensi, & prodit Log-us perpendiculi in latus majus, quod perpendiculum constituit duo lateris elementa. Quippe perpendiculi Anti-Log. ablatus ab Antilog-o lateris minoris dat Log-um, cuius arcus complementum est primum ex illis elementis, idque addi (quando angulus comprehensus obtusus est,) vel auferri debet (quando angulus est acutus) â toto latere majori: Summa vel residuum est elementum alterum, cuius Elementi AntiLog. additus Antilog-o perpendiculi, manifestat Antilog-um lateris tertii quæsiti.

Ad hoc præceptum revocabimus quatuor autorum exempla:

Exemplum 1 esto *Neperi* quod extat *in descriptione Canon Log-orum lib 2. cap. 5. concl. 8.* Ubi in Triangulo Sphærico P.Z.S. Latus minus PZ. datur 34 gr. Latus majus PS. 69 gr. & angulus comprehensus ZPS 42 gr. 29/59//, quæraturq; tertium latus ZS.



58126 Log-us Lat. minoris PZ, 34 gr.
39218 Log-us Anguli inclusi ZPS 42 gr. 29/59//.

97344 Log-us perpendiculi in latus majus, qui dat arcum 22 gr. 11 min. 47 sec.

18749 Antilog-us Lat. minoris
7699 Antilog-us Perpendiculi.

11050 Dat arcum gr. 63 min. 33 sec. 30. cuius complementum est 26 gr. 26 min. 30 sec. quod est Elementum primum.

G.	M.	S.	
69	0	0	Latus majus.
26	26	30	Elementum unum.
42	33	30	Elementum alterum.

30572 Antilog-us Elementi alterius
7699 Antilog-us Perpendiculi.

38271 Antilog-us lateris tertii quæsiti, cui respondet arcus 47 grad. 0 min. isq; est latus tertium quæsitum.

Exem-

Exemplum 2 esto *Keppleri ex complemento Chiliad. pag. 155.* desumtum & ad nostram methodum tractatum, sicuti & reliqua omnia. Constituitur autem ab eo Latus minus 38 gr. 30 min. Latus majus 70 gr. 2 min. & Angulus interceptus, 31 gr. 34 min, & hinc eliciatur Latus tertium angulo oppositum.

47399 Log–us Lat. minoris 38 gr. 30 min.
64724 Log–us anguli intercepti 31 gr. 34 min.

112123 Log–us perpendiculi in Latus majus, qui exhibet arcum 19 gr. 0 min.

24512 AntiLog–us Lat. minoris
5602 Antilog–us Perpendiculi.

18910 qui dat arcum Elementi primi 34 gr. 8 min. 10 sec.

G.	M.	S.	
70	2	0	Latus majus.
34	8	10	Elementum prius.
35	53	50	Elementum posterius.

21063 Antilog–us Elementi posterioris.
5602 Antilog–us perpendiculi.

26665 Antilog–us lateris tertii quæsiti, qui ostendit latus ipsum quæsitum 40 gr. 0 min. 30 sec.

Exemplum 3 quod hîc assumemus est *Christiani S. Longomontani*, quod ille ad Canonem Sinuum exigit in *Astronomia Danica pag. 36.*



In Triangulo oblato datur Latus majus AC 60 gr. 0 min. Latus minus CB. 49 gr. 59 min. 27 sec. Angulus interceptus ad C 30 gr. 0 min.

26664 Log. Lat. CB 49 gr. 59/27//.
69315 Log. Ang. Intercepti 30 gr. 0 min.

95979 Log–us perpendiculi in latus majus, qui dat arcum 22 gr. 31 min.

44177 Antilog–us Lat. minoris.
7929 Antilog–us perpendiculi.

36248 qui dat arcum Elementi prioris 45 gr. 53 min. 50 sec.

G.M.S.
60 0 0 Latus majus
45 53 50 Elementum prius.
14 6 10 Elementum posterius.

3060 Antilog–us Elementi posterioris.
7929 Antilog–us perpendiculi.

10989 Antilog–us lateris tertii quæsiti, cuius arcus invenitur 26 gr. 22 min. 20 sec.

Exemplum 4. esto *Ursini*, ad nostrum præceptum revocatum. Ubi datur Latus majus 78 gr. 41 min. Latus minus 37 grad. 0 min. & Angulus interpositus 48 gr. 47 min. quæraturq; Latus tertium.

50780 Log–us Lat. minoris 37 gr.
28472 Log–us Anguli intercepti 48 gr. 47/.

79252 Log–us perpendiculi in latus majus, cuius arcus est 26 gr. 55/. 2//.

22485 Antilog–us Lat. minoris.
11467 Antilog–us perpendiculi.
11018 Log. arcus Elementi prioris 26 gr. 24 min. 20 sec.

G. M. S.
78 41 0 Latus majus
26 24 20 Elementum prius
52 16 40 Elementum posterius.

49129 Antilog–us Elementi posterioris
11467 Antilog–us perpendiculi

60596 Antilog–us arcus lateris quæsiti, qui est 56 grad. 55 min 16 sec. & ipsum tertium latus quæsitum.

Possem hîc etiam ostendere, quomodo huiuscemodi Triãgula obliquangula ad bina quadrantalia seu Rectangula essent reducenda, si videlicet à vertice ad eorundem Basin demittatur Perpendicularis aut quadrans arcus: Verùm, cum hîc declinatis ambagibus viam compendiariam sectemur, & præmonstrata talis sit, nolo hîc omnia ad vivum resecare, sed Mathematum studiosum ad ipsum Neperum ablegare, cuius exempla si ad hunc præscriptum modum exegerit, rem totam facilè assequetur. Quamobrem nos ad reliquos casus expediendos convertimus.

4. Q

Regestr.


Cyny ktora się poszła do Staszewa.
Na przod. Die 16 Maii 1637.

Mis — — 3
Pulmiskow — — 8
Talerzy wielkich - 2
Talerzy mniejszych - 12
Talerzykow małych - 3
Tac — — — 12
Konewek — — — — 4
Czarek — — — . 4
Miednica z nalewką - 1

Ja summa wszytkiego 49. [illegible]

tur
da-
in-
26
ain
n-
râ
ar-
te-
la-
ad
m-

4. Quartus Casus. *Datis in Triangulo Sphærico duobus lateribus & angulo uni eorum opposito, quæratur angulus alteri datorum laterum oppositus.* Hîc adde ad Log–um anguli Log–um Lat. dati, quæsito angulo oppositi, à Summa auferatur Log–us Lat. angulo dato oppositi, & remanebit Log–us anguli quæsiti, qui recto vel est major, vel minor, atq; inde cognoscitur, quod duorum obliquorum angulorum quilibet sit eiusdem speciei, cuius est latus, quod angulum subtendit: Unde alterutrius datâ, reliqui quoque patet species. Veluti primi paradigmatis loco ponamus Triangulum, quod habet *Kepplerus in complem. Chiliad. pag 153.* Ubi in Triangulo PUS datur Latus US 40 gr. 0 min. cum angulo ei opposito UPS 31 gr. 34 min. & alterum latus PU 38 gr. 30 min: quæraturq; angulus USP lateri PU oppositus.



64724 Log–us Anguli UPS 31 gr. 34 min.
47399 Log–us Lat. PU. 38 gr. 30 min.

112123 Aggregat. Log–orum anguli & lat. oppos.
44194 Log–us Lat. US angulo dato oppositi.

67929 Log–us 30 gr. 27/45// Anguli USP quæsiti, qui quod sit quadrante minor ex habitudine lateris sui PU, quod est infra quadrantem, deprehenditur.

Vel fingatur unum latus esse 56 gr. 56 min. 16 sec. cum angulo opposito 48 gr. 47 min. & Latere altero 37 grad.

28472 Log–us Anguli 48 gr 47 min.
50780 Log–us Lateris 37 grad. 0 min.

79252 Aggreg. Log–orum.
17664 Log–us Lat. 56 gr. 56/16//.

61588 dat angul. quæsitum 32 gr. 41/41//.

Vel denique statuatur unum Latus 26 gr. 22 min. 20 sec. cum angulo opposito 30 gr. & altero latere 60 grad. eiusq; quæratur angulus.

69315 Log–us anguli 30 grad.
14384 Log–us lateris 60 grad.

83699 Aggreg. Log–orum.
81148 Log–us Lat. 26 gr. 22/20//.

2551 qui dat arcum 77 gr. 6 min. 40 sec.

& est angulus alteri lateri oppositus. Quod si fuisset obtusum, foret iste angulus 102 grad 53 min. 20 sec.

5. Quintus Casus. *Si iisdem duobus datis lateribus & angulo uni eorum opposito quæratur tertium latus*, tunc conjice in unam summam Log–os anguli dati, & lateris vicini seu contigui, proditq; Log–us Perpendiculi, cuius Antilog–us subductus sigillatim ab Antilog–o cuiuslibet dati lateris, relinquit arcus duorum Log–orum, quorum vel Differentia, vel Antilog–orum summa, prout alter angulus acutus vel obtusus fuerit, est latus quæsitum tertium.

Repetantur Exempla priora, & initio primum ex *Kepplero* desumtum, in quo datum est latus P U 38 gr. 30 min. Latus U S 40 gr. 0 min. & angulus uni eorum oppositus UPS 31 gr. 34 min. quæraturq; tertium latus SP,

64724 Log. Anguli UPS 31 gr. 34 min.
47399 Log. Lateris P U 38 gr. 30 min.

112123 Antilog. Perpendiculi 70 gr. 58/50// & Log–us 19 gr. 1 min. 10 sec.

24512 Antilog–us Lateris P. U.
5614 Antilog–us Perpendiculi

18898 Log–us primi arcus relictus 55 gr. 52 min. 20 sec. Antilog–us verò 34 gr. 7/40//.

26651 Antilog–us lateris U S
5614 Antilog–us Perpendiculi.

21037 Antilog–us alterius arcus 35 gr. 52/40//.

G.	M.	S.
34	7	40
35	52	40
70	0	20.

Tertium latus quæsitum, eò quod angulus oppositus sit acutus, alioquin si esset obtusus, acciperem Differentiam unius ab altero, quæ esset 1 gr. 45/0//. Vide 3 Exemplum.

In 2 Exemplo dabatur latus unum 37 gr. 0 min. alterum verò 56 gr. 56 min. 16 sec. & angulus oppositus 48 gr. 47 min.

28472 Log–us Anguli 48 gr. 47 min.
50780 Log–us Lateris 37 gr. 0 min.

79252 Log–us perpendiculi 26 gr. 55 min. & Antilog–i arcus 63 gr. 5 min.

60596 Antilog_us Lat. 56 gr. 56 min. 16 sec.
11466 Antilog_us Perpendiculi.

49130 Antilog_us arcus prioris 52 gr. 16 min. 40 sec.
22485 Antilog_us lateris 37 gr.
11466 Antilog_us Perpendiculi.

11019 Antilog_us arcus posterioris 26 gr. 22 min. 20 sec.

Gr.	M.	S.	
52.	16	40	
26	24	20	
78	41	0	Latus tertium quæsitum.

In tertio Exemplo offerebatur latus unum 26 gr. 22/20//. alterum verò 60 gr. & angulus uni laterum oppositus 30 grad: Angulus verò lateri quæsito oppositus statuitur obtusus.

69315 Log_us Anguli 30 gr.
14384 Log_us Lateris 60 gr.

83699 Log_us Perpendiculi 25 gr. 39/30// & Antilog_us 64 gr. 26/30//.

69315 Antilog_us Lateris 60 grad.
10381 Antilog_us Perpendiculi.

58934 Antilog_us arcus prioris 56 gr. 18/40//.
10989 Antilog_us Lateris 26 gr. 22/20//.
10381 Antilog_us Perpendiculi

608 Antilog_us arcus posterioris 6 gr. 18 min. 40 sec.

G.	M.	S.	
56	18	40	
6	18	40	
50	0	0	Latus tertium quæsitum.

6. Sextus Casus. *Quod si iisdem datis duobus lateribus, quæratur angulus inter hæc latera comprehẽsus, tunc habeas etiam in promtu necesse est tertium latus ad modum in præcedente quinto casu propositũ.* Quo impetrato, adde eius Log_o Log_um anguli dati, & ab aggregato aufer Log_um Lateris, cui datus angulus opponitur: Sic enim remanebit Log_us anguli comprehensi, ejusvé complementi ad duos rectos, in magna proportione. Veluti repetamus hîc priora exempla, in initio quidem

quidem primum, in quo dantur Latus PS 70 gr. 0/20// Latus US 40 gr. & angulus oppositus US videlicet UPS 31 gr. 34 min. quæraturque angulus tertio lateri oppositus SUP.

6217 Log—us Lateris PS 70 gr. 0/20//.
64724 Log—us anguli UPS 31 gr. 34/.

70941 Aggregatum
44194 Log—us lateris US 40 gr.

26747 Log—us anguli PUS uni lateri videlicet PS oppositi, 49 gr. 56/10//.

In secundo exemplo datum est unum latus 78 gr. 41 min. & alterum latus 56 gr. 56/16// & angulus 48 grad. 47 min.

1963 Log—us Lateris 78 gr. 41 min.
28472 Log—us anguli 48 gr. 47 min.

30435 Aggregatum.
17664 Log—us alterius lateris 56 gr. 56/16//.

12771 Log—us anguli quæsiti, videlicet 61 gr. 39/20//.

In 3 Exemplo oblata sunt duo latera 50 gr. & 26 gr. 22/20// cum angulo uni lateri opposito 30 grad.

26651 Log—us Lateris 50 grad.
69315 Log—us anguli 30 grad.

95966 Aggregatum.
81148 Log—us Lateris 26 gr. 22/20//.

14818 Angulus quæsitus 59 gr. 34/20//.

Complementum anguli ad duos rectos facilè patet ex magna proportione: Quando verò dubitas, tunc quærenda sunt eius elementa.

7. Septimus Casus. Eodem etiam modo, *datis Trianguli Obliquanguli duobus lateribus cum angulo ab eis comprehenso, quemlibet angulum è reliquis inquirere possumus.* Manet enim eadem proportio: Quippe quæsito tertio latere, eiusq; Log—o ablato à summa Log—orum anguli initio dati, & Lateris seu Basis angulo quæsito subtensi, relinquitur Log—us anguli tertio lateri oppositi.

Nam in 1. Triangulo datus est angulus PUS 49 gr. 56/10// & latus US 40 grad. cum altero latere PS 70 gr. 0/20//, quæraturq; angulus UPS.

26747 Log—us anguli PUS 94 gr. 56 min. 10 sec.
44194 Log—us lateris US. 40 gr.

70941 Aggregatum
6217 Log—us lateris PS 70 gr. 0 min. 20 sec.

64724 E. datur angulus quæsitus UPS. 31 gr. 34 min.

Ita quoq; reliqua duo Exempla sunt tractanda.

12771 Log—us anguli dati 61 gr. 39 min. 20 sec.
17664 Log—us lateris unius 56 gr. 56 min. 16 sec.

30435 Aggregatum
1963 Log—us alterius lateris 78 gr. 41 min.

28472 Log—us anguli quæsiti 48 gr. 47 min.

Idem quoq; processus in tertio Exemplo observandus est.

14818 Log—us anguli dati 59 gr. 34/20//.
81148 Log—us lateris dati 26 gr. 22/20//.

95966 Aggregatum
26651 Log—us alterius lateris 50 gr.

69315 Log—us anguli quæsiti 30 grad.

8. Octavus Casus. *Datis obliquanguli Trianguli duobus angulis cum latere uni eorum opposito, Latus alteri angulo subtensum innotescit,* si Log—os Lateris & anguli dati adjacentis conjeceris in unam summam, & ab aggregato subduxeris Log—um anguli dato lateri oppositi: tunc enim remanebit Log—us Lateris quæsiti, dum tamen fuerit expressa affectio eius, sitné latus acutum vel obtusum: Nam si acutum est, Log—i arcus, vel si obtusum est, eius complementum ad Semicirculum exhibet Latus quæsitum. Veluti repetamus hîc oblata nostra tria Exempla, ubi in *primo* dati sunt duo anguli PUS 49 gr. 57 min. & angulus UPS 31 gr. 34 min. nec non Latus US, 40 gr. 0 min. quæraturq; Latus PS, angulo PUS oppositum, quod est acutum seu minus quadrantale.

44194 Log—us Lat. dati US, 40 gr. 0 min.
26725 Log—us Anguli adjac. PUS 49 gr. 57 min.

70919 Aggregatum.
64724 Log—us anguli UPS 31 gr. 34 min.

6195 Log—us Lateris quæsiti PS. 70 gr. 2/20//.

In *altero* Exemplo statuimus unum angulum 32 gr. 41/ 42 //. alterum angulum 48 gr. 47/. & Latus uni angulo oppositum 56 gr. 56/ 16//. quæraturq; alterum Latus, alteri angulo subtensum

17664 Log–us lat. dati 56 gr. 56/ 16//.
61588 Log–us Ang. adjac. 32 gr. 41/ 42//.

79252 Aggregatum
28472 Log–us ang. 48 gr. 47/.

50780 Log–us Lateris quæsiti 37 gr.

In *tertio* Exemplo assumpsimus priorem angulum 30 grad. posteriorem 59 grad 34/20//. cum Latere uni angulo subtenso 26 gr. 22/20// quæraturq; alterum latus.

81148 Log–us Lat. 26 gr. 22/20//.
14818 Log–us ang. adjac. 59 gr. 34/ 20//.

95966 Aggregatum
69315 Log–us anguli 30 grad.

26651 Log–us Lat. quæsiti 50 grad.

9. Nonus Casus. *Datis obliquanguli Trianguli duobus angulis cum latere uni eorum oppsito tertium angulum pervestigamus*, quando Log–us lateris dati & Log–us anguli alterius adjacentis in unum aggregantur numerum, tunc enim prodit Log–us perpendiculi ex angulo quæsito demissi : Huius arcus Antilog–us ablatus à datorum angulorum Antilog–is, relinquit Log–os duorum Elementorum anguli quæsiti à perpendiculo constitutorum: quorum vel summa vel Differentia efficit quæsitum angulum tertium, si perpendiculum intra vel extra cadat.

In *primo* Exemplo, datis duobus angulis PUS & UPS, nec non latere US, quæratur angulus PSU vel USP.

44194 Log–us Lat. US 40 grad.
26725 Log–us ang. PUS 49 gr. 57 min.

70919 Log–us perpendiculi 29 gr. 28/30//. cuius Antilog–us est 13861.

44090 Antilog–us anguli PUS 49 gr. 57 min.
13861 Antilog–us perpendiculi

30229 Log–us Elem. primi, cuius arcus est 47 gr. 39/ 24//.

16013

16013 Antilog–us anguli UPS 31 gr. 34 min.
13861 Antilog–us perpendiculi

2152 Log–us Elem. secundi, qui præbet arcum 78 grad. 9 min. 20 sec.

G.	M.	S.	
78	9	20	Elementum majus.
47	39	24	Elementum minus.
30	29	56	Angulus quæsitus USP.

In *secundo* Exemplo constituimus unum angulum 32 gr. 41/42//. & alterum angulum 48 gr. 47 min. Latusque uni angulo subtensum 56 gr. 56 min. 16 sec.

17664 Log–us Lateris 56 gr. 56/16//.
61588 Log–us anguli 32 gr. 41/42//.

79252 Log–us perpendiculi, qui exhibet arcum 26 gr. 55 min. cuius Antilog–us est 11466.

17249 Antilog–us anguli 32 gr. 41/42//.
11466 Antilog–us perpendiculi.

5783 dat Elementum primum 70 gr. 42 min.
41717 Antilog–us anguli 48 gr. 47 min.
11466 Antilog–us perpendiculi.

30251 Logus Elementi secundi 47 gr. 38/34//.

Gr.	M.	S.	
70	42	0	Elementum majus.
47	38	34	Elementum minus.
118	20	34	Angulus quæsitus.

In *tertio* Exemplo dati quoq; fuerunt anguli duo, unus 59 gr. 34/22//. alter 30 grad. cum Latere uni subtenso 26 gr. 22/20//.

81148 Log–us lateris 26 gr. 22/20//.
14818 Log–us anguli 59 gr. 34/22//.

95966 Log–us perpendiculi, qui dat arcum 22 gr. 31/18// cuius Antilog–us est 7933.

68044 Antilog–us anguli 59 gr. 34/22//.
7933 Antilog–us perpendiculi.

60111

14384 Antilog-us anguli 30 gr.
7933 Antilog-us perpendiculi

6451 dat Elem. secundum 69 gr. 38/30//.

G.	M.	S.	
69	38	30	Elementum majus.
33	14	36	Elementum minus.
102	53	6	Angulus tertius quæsitus.

10. Decimus Casus. *Datis in obliquangulo Triangulo duobus angulis, cum latere uni eorũ opposito, latus dictis angulis interjacẽs venamur,* si accipiatur angulus tertius secundum præcedens præceptum quæsitus, ejusq; Logarithmo addatur Log-us lateris dati, & ab Aggregato auferatur Log-us anguli, qui lateri dato subtenditur: Sic enim remanebit Logar-us lateris interpositi. E. g.

In *primo* Exemplo quærimus latus tertium UP interjectum inter ang. U & P. Datus autem fuit Lateris US Log-us 44194. & angulus UPS 30 gr. 27/45//.

67929 Log-us anguli USP 30 gr. 27/45//.
44194 Log-us Lateris US 40 gr.

112123 Aggregatum.
64724 Log-us anguli UPS 31 gr. 34 min.

47939 Log-us Lat. quæsiti UP 38 gr. 30 min.

In *secundo* Exemplo constituimus unum angulum 118 gr. 20/34// & alterum 48 gr. 47 min. cum latere 56 gr. 56/16//.

17664 Log-us Lateris 56 gr. 56/16//
12771 Log-us Anguli 118 gr. 20/34//.

30435 Aggregatum
28472 Log-us anguli 48 g. 47 min.

1963 Log-us Lateris 78 gr. 41/.

In *tertio* Exemplo datur unus angulus 102 gr. 53/30// alter 30 gr. 0 min. & Latus 26 gr. 22/20//.

81148 Log--us Lateris 26 gr. 22/20//.
2553 Log-us anguli 102 gr. 53/30//.

83701 Aggregatum.
69315 Log--us angul 30 gr.

14386 Log--us lateris 60 gr.

11. Unde-

11\. Undecimus Casus. *Si datis duobus angulis & latere interjacente, quæratur angulus tertius lateri dato oppositus,* tunc Log—um Anguli minoris & Log—um Anguli interjecti in unam conjice summam, ut relinquatur Log—us Perpendiculi: Posteà Perpendiculi Antilog—um aufer ab Antilog—o Anguli minoris, ut innotescat Log—us primi elementi illius Anguli, unde Perpendiculum est demissum. Dehinc, si hoc Elementum primum subducatur ab Angulo majore in gradibus ac minutis dato, vel etiam angulus ab Elemento primo, relinquetur Elementum secundum, cuius Log—o si adjiciatur Antilog—us Perpendiculi, prosiliet Antilog—us Anguli tertii quæsiti, vel excessus supra quadrantem.

Notes insuper, quod si Latus datum est majus quadrantale, tunc quoque Elementum anguli, quod illi respondet, est quadrante majus, & fit Triangulum Obtusangulum, & perpendicularis arcus eius cadet extra Triangulum. Si quoq; datorum angulorum alter est quadrante major, tunc latus datum debet esse quadrante minus.

In *primo* Exemplo hæc sese offerunt Διδόμενα: Angulus PUS major quadrante 130 grad. 3 min. Angulus minor UPS 31 gr. 34 min. Latus interjacens UP 38 gr. 30 min. Quæratur autem angulus tertius USP.

64724 Log—us Anguli minoris 31 gr. 34 min.
47399 Log—us Lateris interjacentis UP 38 gr. 30 min.

112123 Log—us perpendiculi, cuius Antilog—us est 5614 & arcus 70 gr. 58 min. 50 sec.

16013 Antilog—us anguli minoris
5614 Antilog—us Perpendiculi

10399 Elem. primum 64 gr. 19 min. 15 sec.

Gr.	M.	S.	
130.	3	0	Angulus datus PUS
64	19	15	Elementum primum
65	43	45	Elementum secundum.

9254 Log—us Elementi secundi
5614 Antilog—us perpendiculi

14868 Antilog—us anguli quæsiti 30 gr. 28/ ferè.

In *secundo* Exemplo datus est unus angulus 32 gr. 41/ 42// Angulus alter verò 48 gr. 47 min. cum Latere interjecto 78 gr. 41/ quæraturq; angulus tertius.

61588 Log–us anguli minoris 32 gr. 41/42//.
1963 Log–us Lateris interjac. 78 gr. 41 min.

63551 Log–us Perpendiculi, cuius Antilog. est 16464.

17249 Antilog–us anguli minoris.
16464 Antilog–us Perpendiculi.

785 Log–us Elem. primi.

G.	M.	S.	
82	49	50	Element. 1.
48	47	0	Angul. major
34	2	50	Element. 2.

58004 Log–us Elem. 2.
16464 Antilog–us Perpendiculi;

74468 Log–us Excessus Anguli quæsiti tertii supra quadrantem 28 gr. 21 min.

Ergo obtusus angulus est,

Gr.	Min.	
90	0	
28	21	
118	21	Angulus tertius quæsitus.

In *tertio* Exemplo Δεδόμενα sunt Angulus major 59 gr. 34/22//. Angulus minor 30 gr. Latus interjacens 60 grad. 0/.

69315 Log–us anguli minoris 30 gr.
14384 Log–us Lateris interjac. 60 gr.

83699 Log–us perpendiculi 25 gr. 30/30// cuius Antilog–us est 10381.

14384 AntiLog–us anguli minoris 30 gr.
10381 Antilog–us Perpendiculi

4003 Log–us Elem. primi 73 gr. 53/40//.

G.	M.	S.	
73	53	40	Element. 1.
59	34	22	Angul. major
14	19	18	Element. 2.

139685

159685 Log—us Elementi 2

10381 Antilog—us perpendiculi.

150066 Log—us Excessus anguli tertii quæsiti supra quadrantem 12 gr. 53 min.

Gr.	Min.
90	0
12	53
102	53

Angulus tertius quæsitus, ut in Casu 9.

12. Duodecimus Casus. *Deniq; datis in Obliquangulo Triangulo duobus angulis cum latere interposito, quæratur Laterum residuorum unum.* Hìc primum in promptu sit Angulus tertius ad Casum præcedentem 11. pervestigatus. Posteà lateris initio dati, & anguli lateri quæsito oppositi Log—os aggrega, & aggregato detrahe Log—um tertii anguli: sic enim relinquetur Log—us Lateris quæsiti. Veluti

In *primo* Exemplo datus est Angulus UPS 31 gr. 34 min. Latus UP 38 gr. 30 min & Angulus tertius ex præcedente Casu cognitus est 30 gr. 28 min. 30 sec: Quæratur autem Latus US.

47399 Log—us Lateris dati UP 38 gr. 30 min.

64724 Logus anguli UPS 31 gr. 34 min.

112123 Aggregatum

67892 Log—us anguli tertii 30 gr. 28 min. 30 sec.

44231 Log—us Lateris quæsiti US 40 grad. ferè.

In *secundo* Exemplo Διδόμενα sunt: Angulus tertius 118 gr. 21 min. Latus datum 78 gr. 41 min. & Angulus Lat. quæsito oppositus 32 gr. 41/ 42//. Quæratur autem Latus tertio angulo subtensum.

1963 Log—us Lateris dati 78 gr. 40 min.

61588 Log—us Anguli 32 gr. 41/42//.

63551 Aggregatum

12776 Log—us anguli 118 gr. 21 min.

50775 Log—us Lateris quæsiti 37 grad. ut habes in Casu octavo.

In *tertio* Exemplo datus est tertius Angulus 102 grad. 53 min. Latus interjacens 60 grad. & alter angulus 30 grad.

69315

69315 Log–us anguli 30 gr.
14384 Log–us Lateris dati 60 grad.

83699 Aggregatum
2550 Logus anguli tertii 102 gr. 53 min.

81149 Log–us Lateris quæsiti 26 gr. 26 minut. 20 secund.

Atq; hæc est omnis Trigonometria tàm Rectilineorum quàm Sphæricorum, quam certis quibusdam Casibus breviter inclusi. Quod si igitur ad hunc Calculum se studiosi Matheseos assuefecerint, nullum non Triangulum ad hunc applicare & ex eo solvere poterunt. Quod ut evidentiùs adhuc constet; placet in sequente Capite aliquot Problemata Astronomica subjungere, quæ ad normam Calculi Logar–orum promptissimè expediri queunt, ut Astrophili perspiciant, ex eo omnia necessaria depromenda esse.

CAPUT VIII. ET ULTIMUM primæ Sectionis.


Sequitur igitur nunc usus Logarithmorum planè aureus in inquirendo omnium Stellarum motu, juxta doctrinam primi ac secundi Mobilis, Dispositionemq; cujuslibet Sphæræ, sive ea Recta, sive obliqua sit.

Esto igitur PROBLEMA PRIMUM.

1. D*Atâ Obliquitate Ecliptica ab Æquatore maxima, unà cum longitudine ab alterutro Æquinoctiorum, datur Declinatio & Ascensio Recta tali longitudini competens.*

De hoc Problemate egerunt *Ptolemæus lib 1. Magni Operis cap. 13 & 14.* atq; *Copernicus, lib. 2. Revolut. Cœlestium cap. 3.* Cum primis autem *Joannes à Regiomonte, lib. 1. Epit. Magnæ Composit. Ptolemæi proposit. 18.* necnon *Petrus Nonius in lib. de Crepusculis,* evidenteq;

evidenteq; demonstratione probàrunt eam esse proportionem Sinus totius ad maximæ declinationis sinum, quæ est Sinus arcus Eclipticæ ab alterutro Æquinoctio incepti ad Sinum declinationis puncti illius in Ecliptica, quod dictum arcum terminat. Cùm igitur & nos supra *cap. 3.* modum investigandi declinationem Solis attigerimus, breviter hìc saltem eum, proposito uno atque altero perspicuo Exemplo, repetemus. Itaque constitutis quadrantibus AC Æquatoris, AB Eclipticæ, DC & DF circulorum declinationum, qui Æquatorem ad angulos DCA & DFA Sphæræ rectos secant, perscrutanda sit Declinatio EF ex præcognita maxima Declinatione BC, quæ ex observationibus nobilissimi Tychonis nostris temporibus accommodata invenitur 23 gr. 32 min. proximè. Quamobrem per *primum casum Capitis sexti, de Solut. Triāgulorum Rectangulorum Sphæricorum*, tabulam quandam Declinationis, singulis Eclipticæ gradibus respondentem, sequente modo construere poteris.



Sit enim in priore Schemate maxima Declinatio Solis BC, 23 gr, 32 min. & AE in 0 gr. ♊, qui positus est distantia ☉ ab Æquinoctio verno & 60 gr. exæquat: Ergo datur arcus ED quæsitus.

91809 Log—us maximæ Declin. ☉ 23 gr. 32 min.
14384 Distant. ☉ ab Æquinoct. Verno 60 gr.

106193 Log. quæsitus, cui competit arcus Declinationis 20 gr. 13 min. 48 sec. Sept. eò quod Signum ♊ sit Septentrionale.

Aliter.

Vel constituatur punctum Eclipticæ in 5 gr. ♉ & proinde erit Elongatio eius ab Æquinoctio verno 35 gr.

91809 Log. Max. Declinationis ☉
55586 Log. 35 gr.

14[illegible] Log--us qui exhibet arcum Declin. ☉ 13 gr. 14 min. 18 sec. atque hæc est Declin. quæsita 5 gr. ♉ Borea, eò quod signum ♉ sit Boreum.

Nec est diversa operandi ratio in aliis, confectis Declinationibus unius Quadrantis: siquidem eædem Declinationes reliquis quoque quadrantibus competunt, modò etiam observetur ex præceptis Doctrinæ Sphæricæ, quod aliæ Declinationes in ♈. ♉ ♊ ♋. ♌. ♍. sint Septentrionales, aliæ in ♎ ♏ ♐. ♑ ♒ ♓. Australes.

Porrò ex iisdem datis elicitur quoque ASCENSIO RECTA cuiuslibet puncti in Ecliptica: Sunt enim hìc Διδόμενα in priore Schemate Latus A F 60 gr. Angulus B A C 23 gr. 32 min. Angulus BCA 90 gr. Rectus. Etiam datur AF Ascensio Recta quæsita. Operare enim *per Casum 12. cap. 6.* & sequ modo eam obtinebis.

54931 — Mesolog-us Lat. AE 60 gr.
8684 Antilog-us Max. Declin. ☉

46247 — Ergo datur AF 57 gr. 48 min. Ascensio scilicet Recta 0 gr. ♊.

Aliter.

Ponamus nunc Angulum B A C ad annum Christi 1600 fuisse 23 gr. 31 min. 30 sec. & Latus Eclipticæ 35 grad. in 5 grad ♉, & cupio investigare eius Ascensionem rectam.

35638 + Mesolog-us 35 grad.
8677 Antilog-us Max. Decl. 66 gr. 28/30//.

44315 + Mesolog-us arcus 32 gr. 42 min. qui est Ascensio R. quæsita 5 gr. ♉. Hunc si subduxero à Semicirculo, relinquitur Ascensio R. 25 gr. ♌.

Grad.	Min.	
180	0	
32	42	Asc. R. 5 gr. ♉.
147	18	Asc. R. 25 gr. ♌.

Si verò antè nominatam Asc. R. 5 gr. ♉ adjecero semicirculo, proveniet Asc R. 5 gr. ♏.

Grad.	Min.	
180	0	
32	42	
212	42	Asc. R. 5 gr. ♏.

Rursus si subtraxero priùs inventum arcum Asc. R ab integro Circulo 360 gr. sese sistet Asc. R. 25 gr. ♒.

Grad.

Grad.	Min.	
360	0	
32	42	
327	18	Asc. R. 25 gr. ♒.

Et hoc pacto facilè Tabula Ascensionum Rectarum construi potest, cujus ope datur punctum medii cœli, quo quælibet stella culminat, sicut eius usus ex Sphærica Doctrina innotescit, ut & ex sequentibus.

Eodem etiam modo datâ Eclipticæ Obliquitate maximâ atque Declinatione Solis per altitudinem meridianam sub certâ Poli Elevatione observatâ, datur quoque Locus Solis in Ecliptica tali Declinationi competens: modò altitudo Solis à Parallaxi & Refractione liberata. Hoc autem Exemplum, ut patet, est inversio prioris, ubi data est Declinatio Maxima, & Declinatio puncti Eclipticæ intermedii.

106193 Log—us arcus Declinat. 20 gr. 13 min. 48 sec.
91809 Log—us Maximæ Declin. Solis.

14384 Log—us Longit. ⊙ à verno Æquinoct. 60 gr. 0 min. Proinde ⊙ in principio ♊ hæsit. Poterit quoque idem Solis locus per specialem Declin. ⊙ Tabulam (qualis *lib. 1. Progymnasm.* à Tychone inserta est) expediri: nam uterque modus magnam præstat utilitatem in pervestigando vero Solis loco, ut postea videbimus.


Problema Secundum.

1. *Datâ Declinatione, Ascensione Rectâ, Latitudine Loci & Amplitudine Ortivâ, datur quoq; Differentia Ascensionalis & Descensionalis, adhæc Arcus Semidiurnus, insuper Quantitas, Longitudoq; diei ac noctis, ex cognito motu Solis, & denique Ascensio, nec non Descensio Obliqua.*

De solutione huius Problematis agunt *Ptolemæus lib 2. cap. 2. Almagesti. Regiomontanus in Epitome eius lib. 2. propos. 23 & seq. Copernicus lib. 2. Revolut. cap. 7. & 8.* quos alii quoque Astronomi sequuntur. Hîc verò Astrophilus ex Sphærica Doctrina prius teneat necesse est, quid sit Differentia Ascensionalis, quid Amplitudo Ortiva, quid Latitudo seu Elevatio Poli, quidq; sibi velint alii termini, quorum notitiam

hic supponimus. Quamvis autem hoc Problema variis modis tractari queat, nos tamen in hac Pædia continuata contenti sumus unicè solutione eiusdem per Canonem Logarithmorum, secundum quem modum expediendum hoc Problema proponemus.

Esto igitur Schema ex Severino desumptum, ubi sit Meridianus integer CE HI, Horizon CBG, cuius Polus E, Æquator verò DBH cuius Polus F, Arcus vero CM Amplitudinem Ortivam seu Occiduam in Horizonte repræsentet: CB verò Quadrans Circuli est. Quocirca in Triangulo BML Rectangulo Διδόμενα sunt: MBL grad. 36 min. 30. Complem. Elevat. Poli Stetinens.



ML 13 gr. 14 min. 13 sec. Declinat. antè data 5 grad ♉.

BLM Angulus est 90 grad. Rectus.

Proinde dato latere ML cum Angulo opposito MBL datur etiam, *per casum quintum Capitis VI*, superioris Latus BM angulo Recto oppositum.

147395 Log-us Lat ML. Declinat. 5 gr. ♉. 13 gr. 14/18//.
51949 Log-us Compl. Elevat. Poli 36 gr. 30 min.

95446 Log-us cuius arcus est 22 gr. 38 min. 42 sec,

Amplitudo Ortiva Septentrional. crescens, eò quod Declinatio Septentrion. in vernis Signis accrescat.

Porrò in eodem Triangulo BLM Differentia Ascensionalis aut Descension. à latere BL determinari potest: Dantur enim jam in eodem Triangulo hæc tria.

1. Latus LM 13 gr. 14 min. 18 sec. Declin. 5 gr. ♉.
2. Angulus MBL gr. 36 min. 30. Compl. Lat. Stetin.
3. Angulus BLM 90 gr.

Ergo dato latere & angulo opposito, datur etiam *per Casum 15 Capitis 6. Solut. Triangulorum Rectangulorum Sphæricorum* reliquum Latus BL.

\+ 144708 Mesol. Declin. ☉ 13 gr. 14 min. 18 sec.
– 30116 Mesol. Elevat. Poli Stetinens. 53 gr. 30 min.

114592 Log-us Different. Ascensionalis 18 gr 32/16//.

At quia

At, quia jam conſtat de arcu amplitudinis Ortivæ, *idcirò ſecundum eundem Caſum 15*, ope eiuſdem Different. Aſcenſionalis exquiri poteſt, ſi videlicet Antilog–us Declinat. Solis ab Antilog–o Amplitudinis Ortivæ ſubtrahatur: Sic enim relinquetur Antilog–us Differentiæ Aſcenſionalis.

8022	Antilog–us Amplitud. Ortivæ 22 gr. 38 min. 41 ſec.
2693	Antilog–us Declin. Solis 13 gr. 14 min. 18 ſec.
5329	Antilog–us Differ. Aſcenſionalis in arcu 18 gr. 32 min. 16 ſec. ut ante.

Cæterùm, non quoque te, Aſtrophile, lateat, quod datâ Differentiâ Aſcenſionali & Aſcenſione Rectâ, ſimul inventa ſit Aſcenſio & Deſcenſio Obliqua, ſi videlicet Differentia Aſcenſionalis ſecundum ſubjectæ Tabulæ ſenſum Aſcenſioni Rectæ fuerit ritè applicata

Si Declinatio fuerit	BOREA	Deme	Differentiã Aſcenſional. Aſcenſioni R. & relinquitur quæſita	Aſcenſio	Obliqua.
		Adde		Deſcenſio	
	AVSTRINA	Adde	Different. Aſcẽſionalem Aſcenſioni R & relinquitur quæſita	Aſcenſio	Obliqua.
		Deme		Deſcẽſio	

Nam maneamus in noſtro Exemplo: Quia puncti in Ecliptica ad 5 gradum ♉ inventa eſt ante Aſcenſio Recta 32 gr. 42 min. & Different. Aſcenſionalis 18 gr. 32 min. Idcirco ad præceptum huius Tabulæ Aſcenſio & Deſcenſio Obliqua 5 gradus ♉ ita ſeſe habebunt.

Gr.	Min.	
32	42	Aſcenſ. R. 5 gr. ♉.
18	32	Different. Aſcenſ. 5 gr. ♉.
14	10	Aſcenſio Obliqua 5 gr. ♉.
51	14	Deſcenſio obliqua 5 gr. ♉

Atque talis invenitur etiam in Tab. Aſcenſionum & Deſcenſ. Obliquarum ad Elevat. Poli Stetinenſem, quæ extat *parte I. Ephemeridum, pag. 81.* & ex hiſce quoque fundamentis conſtructa eſt.

Quilibet etiam, qui iiſdem inſiſtit fundamentis, Tabb. Aſcenſionum ad acquirendum Ortum & Occaſum Siderum condere poterit.

Dehinc, cùm ex Sphærica Doctrina constet, quod arcus Æquatoris Semidiurnus à Meridiano in Horizontem, nempe à D in B numeretur, siqúe Declinatio Borea fuerit, semper Differ. Ascensionalis sit quadranti adjicienda, contra verò eidem demenda, ut emergat arcus Semidiurnus. Is arcus Semidiurnus duplicatus, & secundum *Tab. partis primæ Ephemeridum pag. 84.* in tempus horarium conversus ostendet quantitatem diei, quæ à 24 horis subtracta relinquit quantitatem noctis: Eadem quoque quantitas diei bisecta exhibet tempus Occasus Solis; quod subductum à 12 horis offert quoque tempus Ortus Solis, quod utrumque *ad præceptum Cap. VII. Partis I. Ephemeridum* ob refractionem Solis limitandum est, sicut ex hoc nostro proposito Exemplo patet. Differentia Ascension. 5 gr. ♉ exquisita est 18 gr. 32 min. E. Arcus Semidiurnus

Grad.	Min.	
90	0	
18	32	Differentia Ascensionalis.
108	32	Arcus Semidiurnus, qui duplicatus dat
108	32	
217	4	Arcum Diurnum, qui in tempus conversus efficit

horas 14, min. 28. quantitatem diei, & proinde quantitatem noctis 9 hor. 32 min. Quantitas verò diei bipartita relinquit 7 horas 14 min. Quibus si duo minuta temporis ob refractionem Solis addantur, emergit tempus oacasus Solis in nostro horizonte Stetinensi, quando ☉ in quinto gradu ♉ versatur 7 horar. 16 min. Rursus idem tempus à 12 horis subductum suppeditat tempus Ortus Solis

Hor.	Min.	
12	0	
7	16	
4	44	Tempus Ortus Solis ad diem $^{14}_{24}$ April. juxta Elevat.

Poli Stetinens.

Atque ita constare arbitror Demonstrationem huius Problematis, quod ad perquirendum Ortum & Occasum Stellarum apprime est utile & necessarium: Tu Astrophile diligens plura Exempla hisce adde; Ego præivi tibi, veluti te putem compendiosè operari debere, tu feliciter sequere.

PROBLE-

Problema Tertium.

3. D*Ata Latitudine & Longitudine Stellæ alicuius unà cum obliquitate Eclipticæ maximâ, eiuſdem tum Aſcenſionem Rectam, tùm Declinationem invenire, nec non Aſcenſionem Rectam & Declinationem Stellæ in Longitudinum atq; Latitudinem convertere.*

Quid ſit Latitudo, Longitudo, Declinatio, & Aſcenſio Recta Stellæ, ex Sphærica doctrina addiſcitur, quam Aſtrophilus, antequam ad hoſce labores progreditur, ſibi familiarem reddiderit neceſſe eſt: Sic enim eò faciliùs & feliciùs in Praxi horum Problematum verſabitur.

Aſſumamus hìc Schema ex *Severini libro 2 Sphæric. cap. 2 probl. 1.* in quo Longitudo Stellæ, nimirum Lucidæ in vertice capitis Arietis conſtituitur, in Arcu B N, ab initio ♈ & ad annum Chriſti completum 1640. ſecundum *Tabulam ſub lit. D part. 1. Ephemerid. pag 76.* inſertam, in 2 gr. 40/♉. & Latitudo Borea in N, O. 9 grad. 57/. Sintque in Triangulo Obliquangulo O E F hæc cognita:

1. E F diſtantia Polorum 23 gr. 32/.
2. O E, Complementum Latitudinis 80 gr. 3/.
3. Denique angulus O E F complementum Longitudinis Stellæ ab Æquinoctio Verno 57 gr. 20/.

Quamobrem *per Caſum tertium cap. 7.* innoteſcit primùm F O, complementum Declinationis Lucidæ ♈ in O L exhibens. Operatio igitur talis eſt per Logarithmos:

91809 Log—us Lateris minor. 23 gr. 32/
17218 Log—us Anguli comprehenſi.

109027 Log—us perpendiculi in Latus majus, 19 grad. 38/30//. ferè.

Rurſus

Rursus.

8684 Antilog–us Lateris minoris.
5995 Antilog–us perpendiculi.

2689 dat Arcum 76 gr.46/20//, cuius complementum 13 gr. 13/40// est Elementum primum,

Gr.	M.	S.	
80	3	0	Latus majus.
13	11	40	Elementum primum.
66	51	20	Elementum alterum.

93382 Antilog–us Elementi alterius
5995 Antilog–us perpendiculi.

99377 Ergo datur Antilog–us Lateris quæsiti FO, 68 gr.16/24// cuius complementum in OL 21 gr. 43/36// est Declinatio Lucidæ ♈ quæsita,

Investigatâ jam Declinatione Stellæ, quoniam in eodem Triangulo FEO omnia tria Latera sunt cognita, dabitur etiam per *Casum 1. cap. 7.* apud Arcum Æquatoris DL, â Coluro Solstitii æstivi numeratum, â quo in hoc casu Quadrante circuli DB remanet Arcus BL Ascensio Recta Lucidæ in capite ♈. Διδόμενα igitur hæc sunt 1. EF Crus minus, 23 gr. 32/ distantia Polorum,

2. FO Crus majus 68 gr.16/24//. Complementum Declinationis Stellæ

3. EO Basis 80 gr.3/. Complementum Latitudinis Lucidæ ♈. Ergo et jam per *Casum 1. cap 7* datur Angulus EFO, basi oppositus.

Operatio.

7369 Log–us Cruris FO 68 gr.16/24//.
91809 Log–us Cruris minoris 23 gr.32/.

99178 Summa Log–orum Crurum,
Crus majus FO 68 gr. 16/24//.
Crus minus EF 23 gr. 32/ 0//.

Different.	44.	44	24
Semidiff.	22	22	12

Basis

Basis F.O	80 gr.	3/	0//.		
Semibasis	40 gr.	1/	30//.		
Semidifferentia crurũ	22 gr.	22/	12//.		
Aggreg.	62	23	42	Log—us ejus	12086
Different.	17	39	18	Log—us ejus	119305
					131391
				Summa Log. crurum	99178
				Duplum Log—rum	32213
				Bissectum	16106 Dat

Arcum	58 gr.	20/	50//.
	58	20	50
	116	41	40

Datur igitur Angulus quæsitus F.FO in Æquatore à Solstitio hiberno, qui exprimitur per arcum D. L. Itaq; subducto Quadrante à dicto arcu relinquitur Adscensio Recta quæsita Lucidæ ♈.

Gr.	M.	S.
116	41	40
90		
26	41	40

A. R Lucidæ in vertice capitis ♈, qualis etiam ad hunc annum elicitur ex *Tabula sub lit H Ascensionum & Declination. Fixarum*, quæ exstat *part 1. Ephemerid pag.85*.

Exemplum secundum esto dexter seu orientalis humerus Lucidus ♒, cujus datur ad annum præfatum 1649. *in Tabula D part.1. Ephemerid.pag.79.* Longitudo Gradu.28,23/30// ♒ sistaturq; ea in eodem schemate sub O, & Latitudo in NO apud Eclipticam 10. gr. 42/Borea. Ex hiscæ quæratur primum Declinatio L O: deinde L in Æquatore Ascensionem Rectam ejusdem stellæ determinet, ita ut in Triangulo O I K concessa sint 1. latus I K 23. grad. 32/2//. Latus I O 100. grad 42/Aggregatum Latitudinis & Quadrantis 3. & deniq; Angulus O I K 58. gr. 23/30// distantia stellæ ab initio ♑, & etiam innotescet Latus K O & complementum ejus L O.

91809 Log—us lateris minoris 23.gr.32/.
16058 Log—us Anguli comprehensi 58. gr.23/30//.

107867 Log–us perpendiculi in latus majus 19.gr.52,'50//.
Rursus 8684 Antilog–us lateris minoris.
6145 Antilog–us perpendiculi 70.gr. 7/10//.

2539 Dat Arcum 77.grad. 8/ 30//. Cujus complementum 12.gr. 51/30// est Elementum primum.

Gr.	Min.	Sec.	
100	42	0	Latus majus.
12	51	30	Elementum primum.
87	50	30	Elementum alterum.

327913 Antilog–us Elementi alterius.
6145 Antilog–us Perpendiculi.

334058

E. datur Antilog–us L O 2.gr.1/50//. Proinde Declinatio quæsita Meridionalis dextri humeri ♒ est 2 gr. 2/.

Pro Ascensione verò Recta ejusdem hæc data sunt tria latera: 1. KI 23 gr.32/ distantia polorum, 2. Latus L O 87 gr. 58/10// complementum declinationis, 3. Latus I O Latitudo stellæ & Quadrans aggregata 100 gr. 42/. Ergo datur etiam O K I angulus, qui arcum H L describit in Solstitio Æquatoris æstivo.

91809 Log. cruris K I.
63 Log–us cruris 87 gr.58/10//.

91872 Summa Log–rum crurum.

	Gr.	Min.	Sec.	
Crus majus	87	58	10	
Crus minus	23	32	0	
Different.	64	26	10	
Semidifferentia	32	13	5	
Basis I O	100	42	0	
Semibasis	50	21	0	
Semidifferent.	32	13	5	
Aggreg.	82	34	5	Log–us ejus 844
	18	7	55	Log–us ejus 116730

117574 Sūma Log–rum.
91872

91872 Summa Log-rum crurum.
25702 Duplum Logrum.
12851 Log-us bissectus, qui dat arcum 61 gr. 34/ isquè duplicatus exhibet angulum, qui arcum KL definit.

61	34	
61	34	
123	8	
G.	M.	S.
360	0	0
90		
450		
123	8	
326	52	

326 52 Ascensio R. dextri humeri ♒ ad Annum Christi 1640. qualis etiam proximè colligitur *ex tabula H part 1. Ephemerid. pag 88.*

Quicunq: autem Astrophilus ocio abundaverit, ille secundum hoc problema ad illustrandam rem Astronomicam, nevé semper hac in parte tædiosâ ac longâ supputatione opus sit, Tabulam generalem construere poterit, ex qua per Declinationem utrinq; ab Æquatore 32 gradus excurrentem, atq; Ascensionem Rectam singulorũ graduum, per omnem Æquatoris ambitum competentem Longitudinem ac Latitudinem cujusvis stellæ subitò scrupulosè, non saltem in gradibus, sed & scrupulis primis atq; secundis, ei eruere liceat, suppositâ eâ hujus seculi obliquitate maximâ Æquatoris atq; Eclipticæ 23 gradum 31 minutorum. Siq; igitur fuerint apud nos sideralis scientiæ Studiosi, qui de ea bene velint mereri, atq; hunc laborem subire, iis libenter præibo, & sicubi hæsitaverint fidelem porrigam dextram, eorumq; liberale cœptum, quantum potero, proveham. Quamvis enim olim Tycho per suos Alumnos hujusmodi Tabulam condiderit, sicut ipsemet testatur *lib. 1. progymnasmat. p. 215.* & *lib. 1 Epistolar. Astronomicar. pag. 9.* Ut & *Severinus*, per decennium ferè domesticus ejus, *loco dicto*, tamen ea publicam lucem nondum vidit, & haut dubiè periit. Sciendum etiam est, quod exactius ex Longitudine & Latitudine stellæ Ascensio Recta & Declinatio pervestigari possint, quàm viceversa: Sæpe enim nimis obtusus, vel etiam nimis acutus, est unus angelus vel Latus, & subtilitatem illudit, præsertim ubi non semper scrupula secunda attenduntur, sicut ex conversione hujus Problematis patet,

ubi à Longitudine & Latitudine stellæ sæpe quinq;,quandoq; etiam plura minuta,absorberi poterunt.

In priore enim schemate & Triangulo E F O pro Longitudine stellæ prope N in Ecliptica dantur 1. E F 23 gr. 32/ distantia polorum. 2. F O 80 gr.3/ complementum Latitudinis stellæ. 3. F O grad.68, min.16. sec. 24. datur itaq; & angulus F E O.

91809 Log—us lateris minoris 23 gr.32/.
1515 Log—us E O.
93324 Summa Log—rum crurum.

	Gr.	M.	S.
Crus majus	80	3	0
Crus minus	23	32	
Differ.	56	31	
Semidiff.	28	15	30
Basis	68	16	24
Semibasis	34	8	12
Semidiffer.	28	15	30
Aggregat.	62	23	42
Differ.	5	52	42

12085 Log—us Aggregati.
227875 Log—us differentiæ.
239960 Summa Log—rum.
93324 Summa Log—rum crurum.
146636 Duplum Log—i.
73318 Log—us bissectus,cujus arcus est

Gr.	M.	S.
28	42	40
28	42	40
57	25	20

Angulus Elongationis in Ecliptica à solstitio Æstivo,unde subductus à Quadrante,relinquit Longitudinem Lucidæ ♈ à primo puncto Verni Æquinoctii.

G.	M.	S.
90	0	0
57	25	20
32	34	40

℞. datur Lucida in vertice ♈ in 2 gr. 35/ ♉ deficiunt autem 5/. ob dictam causam.

Sic ad Latitudinem ejusdem stellæ investigandam datur primùm crus E F. grad. 23. min. 32. Distantia polorum. 2. Crus F O, 68 gr. 16/24//. complementum Declinationis Lucidæ ♈. 3. Angulus E F O grad. 116. 41/40// distantia Lucidæ ♈ in Æquatore à solstitio hiberno. Proinde datur etiam Latus E O complementum Latitudinis stellæ ipsaq; Latitudo O N.

91809 Log—us Lateris minoris 23 gr. 32/.
11270 Log—us anguli comprehensi 116 gr. 41/40//.

103079 Logarithmus perpendiculi in latus majus 20 gr. 54/.
8684 Antilog—us lateris minoris.
6866 Antilog—us perpendiculi.

1818 Arcus 79 gr. 6/ 30//. Cujus complementum est 10 gr. 53/30//. Elementum primum.

G.	M.	S.	
68	16	24	Crus majus.
10	53	30	Elementum primum.
79	9	54	

167141 Antilog—us Elementi alterius.
6866 Antilog—us perpendiculi.

174007 Log—us Latitudinis quæsitæ, quæ invenitur 16. gr. 6/. redundantibus ferè 9 minutis, propter angulũ obtusum. Unde si omnia, etiam in minimis, attenduntur, hoc est, in scrupulis secundis, propiùs aliquis ad scopum collimabit. Quod hîc obiter monuisse sufficiat.

Verùm enim verò, ut Latitudo in debito puncto constet, præferendus est modus Tychoni familiaris, qui hoc Triangulum Obliquangulum in duo Rectangula resolvit, ita ut prius sit Triangulum in nostro schemate N B M, ubi cognitum est latus B N, Adscensio Recta Lucidæ ♈ ante data 26 gr. 41/20//. Cui in Tabula Adscensionum Rectarum 28 gr. 44/ ♈ respondent, Latus B M repræsentet maximam Declinationem Solis, quæ est 23 gr. 31/30//. Ergo per *Casum 12. cap. 6.* non latebit Angulus ad M qui est Angulus intersectionis Eclipticæ & Meridiani.

83165 Mesolog—us Declin. max. ☉
13140 Log—us distantiæ à primo puncto ♈ 28 gr. 44/.

96305 Mesolog—us —— qui exhibet Angulum ad M 69 gr. 7/.

 Deinde

Deinde in posteriore Triangulo O L N, acquiritur latus O L ex subtractione P L ab O P. Declinatio enim puncti 28. gr. 44/ ♈ est 11. gr. 3/ 45//. Declinatio v. Lucidæ ♈ inventa est 21 gr. 43/ 36//. Igitur latus O L prodit 10 gr. 39/ 51//. Hinc per *casum 5. Cap.* 6. Latus quoq; O N cognoscitur, quod est Declinatio quæsita.

168714 Log—us lateris O L 10 gr. 39/ 51//.
6795 Log—us anguli Eclipticæ & Meridiani 69 gr. 7/.

175509 Log—us lateris O N Latitudo stellæ quæsita 9 gr. 57/. quæ exactè cum data congruit.

Hisce jam præcognitis datur quoq. Longitudo stellę per *casum 8. cap. 6.* & primum quidem Latus L N.

1742 Antilog—us lateris O L 10 gr. 39/ 51//.
1516 Antilog—us lateris O N 9 gr. 57//.


226 Antilog—us lateris L N 3 gr. 51/. Differentia scilicet inter Longitudinem stellæ in N & punctum cœli Mediationis in L. Si itaq; addatur arcus L N ad gradus 28 min. 44 ♈ provenit locus Longitudinis Lucidæ in vertice ♈ in 2 gr. 35 ♉ quemadmodum & paulò antè talis investigata est. Hic modus proximè ad scopum collimat, nec ultra unciam gradus in Longitudine aberrat: in Latitudine autem rem acu tangit. Hinc & exempla frequentissima ad hunc solutionis modum spectantia apud Tychonem *lib. 1. atque 2. Progymnasmat.* occurrunt.

Appendix duorum Corollariorum.

I.

Ut autem hic modus pervestigandi Longitudinem Stellæ Astrophilo fiat commendatior, placet huic problemati primi Corollarii loco apponere exemplum, quod habet Tycho, *lib. 1 progymnasm. Astron. pag 218.* in spica ♍, cujus Longitudinem ex data ejus Latitudine & declinatione præfinit. Affert enim ibidem tale schema, in quo datur Triangulum D H I, cujus dantur tria latera.

1. Latus



1. Latus D H. diſtantia polorum Eclipticæ & Æquatoris, 23 gr. 31/ 30//.

2. Latus H I, complementum Latitudinis ſtellæ, quod à diſtantia ejus à corde ♌ & ſtellula Draconis adinvenit 88 gr. 1/.

3. Latus D I, complementum Declinationis Spicæ ♍, quod circa initium Anni 1586. ex poli altitudine Uraniburgica Meridianaq; altitudine ſpicæ ♍ perquiſivit 81 gr. 3/ 40//. His tribus ita ſe habentibus, per Triangularem ſupputationem Angulum I H D accepit 71 part 56/. 35//. qui menſurat diſtantiam ſpicæ ♍ à Tropico hiberno in Ecliptica. Faciamus itaq; periculum, an noſter calculus cum eo conſentiat.

		o	/	//
91842	Logarithmus lateris minoris	23	31	30.
60	Log—us lateris majoris H I. 88 gr. 1/.			
91902	Summa Log—rum crurum.			

	G.	M.	S.	
Crus majus	88	1		
Crus minus	23	31	30	
Differ.	64	29	30	
Semidiff.	32	14	45	
Baſis	81	3	40	
Semibaſis	40	31	50	
	32	14	45	
	72	46	35	Log—us ejus 4588.
	G.	M.	S.	
Differentia	8	17	5	Log—us ejus 193730.

Summa Loga—rum	198318
Summa Log. crurum	91902

Duplum

Duplum Logarith. 106416
Log—us bissectus. 53208 qui dat arcum 35 gr. 58/17//.

G.	M.	S.	
35	58	17	
35	58	17	
71	56	34	Angulus I H D ferè idem, quem & Tycho invenit, qui mensurat distantiam spicæ ♍ à Tropico brumali, qua de Quadrante sublatâ ipsius ab Æquinoctio autumnali remotio secundum longitudinem Eclipticæ innotescet.

90		
71	56	34
18	3	26

Ergo data est Longitudo spicæ ♍ ad initium anni 1586 in 18 gr. 3/26//. ♎, quæ fuit Aristæ Longitudo à Tychone ad tempus dictum reperta.

II.

Datâ Latitudine & Declinatione Stellæ Angulus quoq; Tertius, cui distantia polorum opponitur, patefit. Repetamus enim hîc primum nostrum Schema, in cujus Triangulo obliquangulo OEF dati sunt duo anguli cum latere intercepto.

I. Angulus F E O, 57 gr. 20/. antea datus est.
II. Angulus E F O, 116 gr. 41/40//.
III. Latus ab angulis comprehensum E F, 23 gr. 32/.

17218	Log—us Anguli minoris 57 gr. 20/.
91809	Log—us Lateris intercepti 23 gr. 32/.
109027	Log—us perpendiculi in latus majus 19 gr. 38/30//.
61665	Antilog—us anguli minoris.
5995	Antilog—us perpendiculi.
55670	Elementum primum 34 gr. 58/.

G.	M.	S.	
116	41	40	Angulus major.
34	58	0	Elementum primum.
81	43	40	Elementum secundum, cujus Log—us 1046

Antilog. perpendiculi. 5995

7041 Antilog—us anguli quæsiti ad O 21 gr. 15/. per praxin *Casus 11. cap. 7.*

Conse-

Consectarium hujus Corollarii geminum.

1. Ex cognitis hisce tribus angulis, *per Casum 12. cap. 7.* sequitur, quod etiam facilè possint investigari Latus F O complementum Latitudinis, & Latus F O, complementum Declinationis stellæ; non quidem adeo præcisè, intra tamen Latitudinem unius gradus, hoc pacto.

91809 Log-us lateris F F. 23. gr. 32/.
17218 Log-us anguli F F O 57 gr. 20/.
109027 Aggregatum Log-rum,
101490 Anguli tertii ad O Logarithmus.
7537 Dat Arcum 68 gr. 2/. complementum Declinationis Lucide in vertice ♈ κατὰ πλάτος.

Rursus 91808 Log-us lateris F F.
11270 Log-us anguli majoris 116 gr. 41/40//.
103079 Aggregat. Log-rum.
101490 Anguli tertii Log-us.
1589 Dat arcum 79 gr. 48/40//. qui est complementum Latitudinis Lucidæ ♈ F O.

Atque ita patere arbitror, quomodo datâ Longitudine & Latitudine Stellæ ejus quoq; Ascensio Recta, declinatio, & Angulus cui distantia polorum opponitur inquirantur, nec non quomodo duobus ex iis datis reliqua quoque pervestiganda sint.

2. Datâ jam Ascensione Rectâ Stellarum, datur quoq; tempus, quo Stella per Meridianum loci transit. Subtractâ enim Adscensione Rectâ Solis ab Adscensione Rectâ Stellæ, relinquitur Arcus horarius in gradibus atq; minutis, ex quo tempus determinari potest, quo Astrum Meridianum loci attinget.

Exempli gratia proponatur tempus transitus Lucidæ ♈ per Meridiem ad diem 1. Novembris Styl. Vet. Anno Christi 1640. Sol tunc in Ephemeride nostra hujus anni ac diei invenitur positus in 19 gr. 37/ ♏ cujus Adscensio Recta elicitur 227 gr. 9/ inventa autem est in hoc problemate, Adscensio Recta Lucidæ ♈ 26 gr. 42/. Subtracta igitur illâ ab hac, relinquit arcum Æquatoris inter Solem & stellam in tempus convertendum.

Gr.	M.	S.	
386	42	o	Adſcenſio R Lucidæ ♈
227	9	o	Adſcenſio R 19° 17′ ♏
259	33	o	Qui arcus dat 10 horas 38 minuta.

Ergo die 1. Novembris Anno Chriſti 1640. Sedini Pomeran. Lucida ♈ culminabit circiter horam 10. minuta 38 veſpertinam.

Aliud Exemplum.

Eodem quoque modo tempus tranſitus dextri humeri ♒ per noſtrum Meridianum inquiri poteſt, cujus Adſcenſio R. itidem ſupra data eſt 326. grad. 52′.

Gr.	M.	
326	52	A R dextri humeri ♒.
127	9	A R ☉lis.
199	43	Hic arcus æquatoris exhibet 6 horas 49 minuta.

Cùm igitur ☉ die 1. Novembris Palæo Sedini Pomeran. occidat hora 4. minut. 20 Igitur dexter humerus ♒ elapſis duabus horis & 19 min. poſt occaſum ☉ culminabit.

Quando nunc Aſtronomus diligenter in ſuo loco lineam Meridianam per ductum Cynoſuræ non nimis ad latera declinantis inveſtigavit, videtq; Stellam aliquam notam Meridianum tangere, poterit ex cognita ejus Adſcenſione Recta tempus noctis exactè præfinire, & de die ex tranſitu ☉ per hanc lineam Meridiem decernere, cujus uſus in obſervationibus Aſtronomicis eſt ampliſſimus.

PROBLEMA QUARTUM.

4. *Datâ obliquitate Eclipticæ maximâ, unà cum Longitudine, non ignorabitur primùm Angulus Interſectionis Eclipticæ cum Meridiano, ſeu circulo Declinationis; deinde etiam pateſcet arcus Latitudinis interceptus inter Eclipticam & Æquatorem; adhæc notâ Declinatione Longitudinis datæ, & altitudine Æquatoris loci alicujus, dantur quoq; Angulus Meridiani cum Horizonte, necnon Angulus Eclipticæ & Horizontis ad altitudinem Solis atq; reliquarum Stellarum indagandam perutilis.*

Trans


Transferatur huc antecedens Schema, in quo datur Triangulum B L P, cujus primum Angulus ad B eſt cognitus 23 gr. 31/λοξώσις Eclipticæ maxima. 2. Latus B L Longitudo Solis in Ecliptica in o gr. ♊, & 3. Angulus ad P, rectus 90. grad. Ergo per *Caſum 12. cap. 6. præced.* datur quoque angulus ad L.

69315 Antilog—us lateris B L.
83125 + Meſolog—us anguli ad B.
152440 — Meſolog—us Anguli ad L 77 gr. 43/. Angulus interſectionis Eclipticæ & Meridiani quæſitus.

Deinde datâ obliquitate Eclipticæ unà cum Longitudine, datur etiam arcus Latitudinis interceptus inter Eclipticam & Æquatorem. Triangulum enim illud in priori diagrammate exprimi poteſt per B N M, ubi latus B N datum eſt 60 gr. o/. Angulus N B M grad. 23. 32/. Itaq; per *Caſum 13. cap. 6.* quum angulus ad B N M ſit rectus, datur quoq; latus N M.

14384 Log—us lateris B N.
83125 + Meſolog—us Anguli ad B.
97509 + Meſolog—us lateris N M. 20 gr. 40/. Arcus Latitudinis inter Eclipticam & Æquatorem quæſitus.

Inſuper etiam per unam Proſthaphæreſin Angulus circuli Declinationis. ſeu Meridiani cum Horizonte, ſi non tantùm Declinatio datæ Longitudinis, ſed & complementum Elevationis poli dentur, latere nequit.



Etenim in appoſito ſchemate conſideretur Triangulum M B L, in quo angulus ad B ſit 36 gr. 30/. complementum Elevationis poli Stetinenſis: Deinde detur Latus M L declinatio Puncti Longitudinis Eclipticæ o gr. ♊ ſeu 60 gr. elongationis à o ♈ 20 gr. 13/ 50//. Proinde datur etiam per *Caſum ſeptimum Capitis 6. de Triangulis Sphæricis rectangulis*, angulus adjacens ad M: angulus enim ad L eſt rectus.

21833 Antilog—us Altitud. Æquatoris ſeu anguli ad B.
6368 Antilog—us lateris oppoſiti L M.
15465 Log—us anguli adjacentis ad M. 58 gr. 57/ qui eſt angulus circuli Declinationis ſeu Meridiani cum Horizonte.

Deniq; exquisito angulo Eclipticæ cum Meridiano, nec non angulo Meridiani cum Horizonte, non potest esse obscurus angulus Eclipticæ & Horizontis; Quippe, si angulus Eclipticæ & Horizontis est Orientalis, hoc est, in Orientali plaga constitutus, sitq; in semi circulo Eclipticæ deprimente, qui complectitur sex illa signa ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐, tunc angulum Eclipticæ cum Meridiano, & angulū Meridiani cum Horizonte in unam conjice summam, hanc summam aufer à semicirculo, & residuus arcus erit angulus Eclipticæ ac Horizontis desideratus. Quando autem punctum Oriens constituitur in altera semicirculi Eclipticæ parte attollente, quæ continet signa sex ♑ ♒ ♓ ♈ ♉ ♊, tunc angulus Meridiani cum Horizonte auferendus est ab angulo Eclipticæ cum Meridiano, & extemplò prodit quæsitus angulus Eclipticæ & Horizontis. Contraria verò operatio observetur, si angulus Elipticæ & Horizontis fuerit Occidentalis.

Hoc loco, quia angulus Eclipticæ & Horizontis statuitur esse Orientalis, signumq; illud versatur in semicirculi parte attollente, idcirco ad posteriorem modum fiat operatio, hoc pacto.

Gr.	M.	S.	
77	43	0	Angulus Eclipticæ cum Meridiano.
58	57	0	Angulus Meridiani cum Horizonte.
18	46		Angulus Eclipticæ & Horizontis Orientalis in

0 gr. ♊ ad Latitud. 53. gr. 30/.

Quod si angulus ille foret Occidentalis, tunc operatio ita instituenda, quasi versaretur in 0 gr. ♐, nimirum in semicirculo deprimente.

Gr.	Min.	Sec.	
77	43	0	Angul. Eclipticæ cum Meridiano.
58	57	0	Angulus Meridiani cum Horizont.
180			Semicirculus.
136	40		Aggregatum subtr. à semicirculo.
43	20		Angulus Eclipticæ & Horizontis in 0 gr. ♊

Occidentalis, ad Latitudinem 53. gr. 30/. Confert autem inprimis hoc problema ad Altitudinem ☉lis vel alterius cujusdam Stellæ in Horizonte cognoscendam. Dato enim hoc angulo & distantia stellæ à puncto Orientis, levi opera altitudo ejus obtineri potest; veluti hoc in seq. problemate ostendam.

PROBLE-

PROBLEMA QUINTUM.

5. *DAto Angulo intersectionis Ecliptica & Horizontis, nec non distantia Stellæ à puncto Orientis vel Occidentis, datur quoque Altitudo Stellæ: vel etiam datâ Declinatione Solis, Latitudine Loci, & momento temporis in horis ac minutis datur etiam Altitudo Stellæ. Sic è contrario observatâ altitudine Stellæ, si insuper de Elevatione poli Loci & Declinatione Stellæ constiterit, innotescit tempus horarium ante vel post meridiem, prout Stella in plaga Orientali vel Occidentali observata fuerit.*

Duplex igitur modus est indagandi altitudinem Stellæ: Prioris fundamenta in præcedente problemate jacta sunt. Dato enim angulo Eclipticæ & Horizontis nec non distantiâ Stellæ à puncto Orientis vel Occidentis, facilè per *Casum 1. cap. 6.* ipsa altitudo Stellæ inveniri potest. Veluti repetamus ex præcedenti problemate exemplum, ubi angulus Eclipticæ & Horizontis in 0 gr. ♊ est constitutus, quem jam in Occidentali plaga statuamus, cujus angulus inventus fuit 43 gr. 20/. Sol verò tunc versetur in 0 gr. & cardinali puncto ♋, sitq; per unam horam & 43 minuta ab occasu remotus, perque arcum triginta graduum. Proinde datur


37653	Log—us Anguli Eclipticæ & Horizontis 43. 20.
69315	Log—us distantiæ ☉ ab Horizonte occiduo 30 gr.
106968	Log—us arcus 20 gr. 40/. qui ostendit altitudinem Solis eo tempore, sub Elevatione poli 53 gr. 30/.

Aliud Exemplum.

Anno Christi 1625. die 28. Maji Styl. Vet. feria VII. Sedini Pomeranorum, hora 7. matut. minut. 30. quatuor Parelia circa Solem verum conspecta sunt. ☉ tunc exstitit ad Tabulas Tychonicas in 16. gr. 27/ ♊. Expeto scire altitudinem ejus ad datum tempus. Quamobrem juxta Præceptum hoc & præcedens primò in promptu sit Oriens punctum, quod hîc invenitur in 3 gr. 49/ ♌. Unde Sol distat ab hoc puncto per 47 gr. 22/. Declinatio Septentrionalis hujus puncti Orientis invenitur 19 grad. 22/25//.

Angulus Eclipticæ & Meridiani 76 gr. 22/30//. Angulus verò Meridiani cum Horizonte 58 gr. 26/30//. Quamobrem ex iis non obscurus erit angulus Eclipticæ & Horizontis, qui præcisè datur 45 gr. 11/. Atq; inde emergit altitudo Solis quæsita 31 gr. 27/.

Posterior modus inquirendi eandem Altitudinem absolvitur per solutionem Trianguli Sphærici obliquanguli, quod cadit *in Casum tertium capitis VII.* ubi dantur duo latera cum angulo comprehenso, investigaturq; tertium latus angulo oppositum. Cùm igitur hic modus non sit adeo operosus atq; prior, hocq; problema maximum usum obtineat in indaganda altitudine Luminarium tempore Eclipsis Solaris, sicut ex secunda sectione hujus Pædiæ patebit: Idcirco hujus modum quoq; breviter per summa capita percurrentes subjiciemus. Sit in proposito Schemate Meridianus integer ABIHG, Horizon IG, cujus polus A: Æquator FH, cujus polus B; Elevatio poli IB, cujus complementum est IH, eiq; æqualis sit arcus FG, Declinatio verò Solis sumatur in FL. Proinde Longitudo Solis in Cinventa est in 16 gr. 27/ ♊, ejusq; Declinatio per *Problema I.* 22 gr. 50/. Sitq; GL altitudo Solis. Quocirca in Triangulo ABC Dantur duo latera: I. Latus AB 36 gr. 30/ distantia polorum. II. Latus BC 67 gr. 10/. complementum Declinationis. III. Angulus B interceptus, qui denotat tempus à Meridie, horas 4. minuta 30. seu gradus Æquatoris 76. 30. minuta. Ergo etiam dabitur Latus AC ejusq; complementum, quod altitudinem Solis indicat, per *Casum 3. cap. 7.* Si igitur rectè operatus fueris prodibit Log—us altitudinis Solis 65066. qui dat. 31 gr. 27/. Altitudinem ☉ quæsitam, ut antè.



Rursus ex observata Altitudine Stellæ, Declinatione ejus, & Latitudine loci, si quis elicere velit tempus observationis in horis & minutis, in eodem Triangulo ABC. habet cognita tria latera AB, BC, & AC; unde quoq; per *Casum 1. cap. 7* dabitur ABC seu arcus DF Lateri AC oppositus. E.g. Anno Christi 1633 die 29 Martii, Styl. Vet. feria 6. cùm conspiceretur Sedini initium Eclipsis Solaris, observavi altitudinem Solis post meridiem cum Qvadrato Geometrico, 21 gr. 18/. ☉ tunc versabatur in 19 gr. 5/ ♈. Ergo ex seqq. διδωμένοις patebit tempus horarium observationis.

AB. da-

A B, datur 36 gr. 30/ diſtantia polorum Horizontis & Æquatoris. B C, gr. 82. min. 30. ſec. 35. Complementum Declinationis Solis. A C 68 gr 49/. Complementum altitudinis Solis à parallaxi & refractione liberatæ. Ergo Angulus A B C ſeu Latus D F invenitur 64 gr. 9/. qui arcus in horas & minuta converſus juxta *Tabulam ſub lit. G. part. 1. Ephemerid.* oſtendit tempus à Meridie 4 hor. 16 minutor. ubi in Sole jam duo digiti obſcurati videbantur.

Aliud Exemplum.


Cùm Eclipſin Lunarem ferè totalem ad annum Chriſti 1634. diem 4 Martii, feriam 3. obſervarem, cœpi ad exactè inveſtigandum tempus horarium per Quadratum Geometricum altitudinem cordis ♌ in plaga Orientali: Data igitur hæc fuerunt. I. diſtantia polorum Horizontis & Æquatoris 36 gr. 30/. II Complementum Declinationis cordis ♌ Boreæ 76 gr. 16/. III. Altitudo ejus in plaga Orientali 41 gr. 25/. Sol erat in 24 gr. 20/ ♓, & Aſcenſio ejus Recta 345 gr. 48/. Aſcenſio verò recta cordis ♌ 147 gr. 13/. Hinc datur tempus à meridie 7. horar. 50/. quo tempore duo minuta à primo principio obſcurationis ☽ elapſa erant. Tertia Pars ☽ defecerat cùm cordis ♌ altitudo eſſet part. 44, 1/ in plaga Orientali: Unde diſtantia ejus à medio cœli data eſt 29 grad. 16/. & Aſcenſio Recta 354 gr. 49/. Hinc rurſus gradus à meridie reſultant 123 gr. minuta 8, ipſumq; momentum obſervationis 8 horar. 13 minutorum. Itaq; cùm hoc problema maximum habeat uſum, Aſtrophili diligenter ſe in ejus praxi exerceant; ſic enim eò feliciùs tàm in Eclipſigraphia quàm indagando tempore partium diei verſabuntur.

PROBLEMA SEXTUM.

6. *DAtâ duarum Stellarum Longitudine ac Latitudine, ſive etiam Aſcenſione Rectâ, & declinatione, earum intercapedinem invenire: Cum Corollario de methodo computandi Aſpectus, Planetis ad aliquot gradus Latitudinis excurrentibus.*

Habent Aſtronomiæ Studioſi in Abaco Longitudinis & Latitudinis fixarum, ut & Aſcenſionis Rectæ & Declinationis earundem materiam ſe exercendi, ſuorumq; inſtrumentorum, ſi quæ fortè habuerint, certitudinem

cudinem explorandi: Siquidem ex iis cognitis veram stellarum inerrantium distantiam venari queunt, cujus modum in hoc problemate ostendemus. Nobiliss. Tycho à Brahe, *lib. 1. Epistolar. Astronomicar. pag. 50* testatur se inter Aldebaran & Tertiam ♈ seu Lucidam in vertice capitis ♈ distantiam cepisse per Sextantes Astronomicos 35°. 32′. Datâ nunc ad quodvis tempus utriusq; Longitudine vel Ascensione Recta, ambarum utrobiq; differentia colligitur. Deinde quoq; complementa Latitudinum vel Declinationum in promptu sint necesse est. Esto enim



in proposito schemate A Polus Eclipticæ Septentrionalis: sintq; ANOF & AMOF: Latitudinum circuli; Ecliptica sit CNKO F: Quæratur deinde distantia Lucidæ in vertice ♈ ab ea quæ est in oculo Austrino ♉, appellaturq; etiam Arabico nomine Aldebaran: Repræsentet autem portionem Eclipticæ arcus DG, & sit Locus Lucidæ ♈ N, Aldebaran verò in O. Erit ergo Arcus N O distantia quæsita.

Longitudo harum stellarum ex *Tab sub lit. D. part. 1. Ephemerid. pag. 76.*

Lucida in vertice capit. ♈.	2 gr. 40/ ♉.
Aldebaran	4 gr. 46/ 30//. ♊.
Differentia Longitudinis	32 gr. 6/ 30//.

Latitudo ex eadem Tabula utriusque

Lucidæ ♈ B. 9 gr. 57/ Complementum 80 gr. 3/.

Oculi ♉ Austr. A. 5 gr. 31/. Excessus ultra Quadrantem 95 gr. 31/.

Itaque in Triangulo N A O dantur

Crus N A 80 gr. 3/. Complementum Latitudinis Lucidæ ♈.

Crus N O 95 gr. 31/. Excessus Latitudinis ultra Quadrantem Aldebaran.

Angulus interceptus NAO 32 gr. 6/30//. Differentia Longitudinis.

Emergit igitur ad *Casum 3. cap. 7. Triangulor. Sphæric. Obliq.* Antilog-us Basis N O, si rectè operatus fueris, 20600, qui dat distantiam quæsitam 35 gr. 32/. ferè.

Ejusdem

Ejusdem distantiæ ex differentia Ascensionum & Declinationum harum Stellarum investigatio.

Idem locus etiam perquiritur ex datis Declinationibus Stellarum, unà cum Ascensionum Rectarum differentia. Nam in eodem Diagrammate datur A polus Mundi Arcticus, & F polus Mundi Antarcticus. Proinde A H F & A G F. erunt partes Declinationis Sphæræ nostræ, in quibus datæ Stellæ inveniuntur.

In Tab sub. lit. H part. 1. Ephemerid pag. 85.
occurrunt ad Annum Christi 1600.

Ascensio Recta Lucid. ♈ 26 gr. 13/. Declinatio 21 gr. 33/ B.
Aldebaran ♉ 63 gr. 16/30//. 15 gr. 38/ B.

Differentia utriusq; Ascension. 37 gr. 3/30//. Ex quibus etiam eliciuntur earum complementa.

In Triangulo igitur G A H dantur
G A 68 gr. 27/. Complementum Declinationis Lucidæ ♈.
H A 74 gr. 22/. Complementum Declinat. Aldebaran.
Angulus interceptus G A H 37 gr. 3/30//.

Antilogarithmus igitur Lateris G H prodit 20608, 35 gr. 32/. Qui cum priore convenit. Atq; hoc pacto sese Astrophilus in investigatione distantiæ reliquarum Stellarum itidem exercere poterit.

COROLLARIUM.

De methodo computandi Aspectus, quando Planetæ aliquot Graduum incurrunt Latitudinem.

Annectam etiam hìc, tanquam ἐπίσαγμα, rationem computandi Aspectus Planetarum, quando eorum Latitudo aliquot gradus obtinet, modo non multùm ab hoc problemate diverso. Inveniuntur autem Casus tres, in quibus reductione aspectuum opus est.

Primus Casus est, quando unus saltem Planeta habet aliquam evidentem Latitudinem: Nam tunc, si Aspectus minor est Quadrante, Antilog—um Latitudinis subtrahe ab Antilog—o Aspectus, & relinquitur Antilog—us arcus ostendentis competentem Aspectum: Quod si verò Aspectus major est Quadrante, tunc Antilog—um Latitudinis aufer ab Antilog—o complementi ad semicirculum, sic etiam remanet Anti-

log_us complementi arcus quæsiti, qui respondet ipsi aspectui *per Casum 2, cap. 6.* Sed Exemplo uno atq; altero res fiet illustrior.

Anno Christi 1643. die 28. Febr. Stylo veteri, ♀ versatur in 20 gr. 17/ ♒, & habet Latitud. Septentr. 6 gr. 41/. quæratur autem quando Semisextum, qui est distantia 30 gr. cum Sole faciat? Operare igitur juxta datum præceptum, hoc modo:

14384 Antilog_us 30 gr. Aspectus SSti.
682 Antilog_us Latitud. ♀ 6 gr. 41/.

13702 Antilog_us qui ostendit arcum distantiæ SSti Aspectus inter ☉ & ♀ cum tanta Latitudine, 29° 19′.

Hic igitur Aspectus inter diem 27 & 28 Febr. intercipitur.

Sin verò Aspectus major fuerit Quadrante, e.g. Biquintilis, tunc ita ordina numeros.

21194 Antilog_us complementi 144 gr. ad semicirculum.
1131 Antil. Latit. ♀. 8° 36/. qui est 36. gr.

20063 Antilog_us arcus 35° 6′ ferè, qui subtractus à semicirculo relinquit arcum 144 gr. 54/. pro Biquintili aspectu ♀ in tanta Latitudine

Secundus Casus est, quando ambo Planetæ habent Latitudines æquales inter sese, easq; vel ejusdem plagæ vel diversæ: Tunc igitur formatur Triangulum Isosceles seu Æquicrurum, & bipartito aspectu quæritur reductio dimidio conveniens, si plagæ Latitudinum diversæ, vel complementum dimidii, si plaga eadem, ad modum in primo casu observatum Veluti detur Aspectus Quintilis 72 grad. inter duos Planetas, quorum unus habeat Latitud. Sept. 6 grad. alter verò Austral. itidem 6. graduum: Operare igitur ut sequitur.

Dimidius Aspectus de 72 gr. est 36 gr.
Hinc 21194 Antilog_us 36 gr.
549 Antilog_us 6 gr. Lat.

20645 Antilogus arcus 35 gr. 34/ qui duplicatus format Aspectum Quintilem, in tali Latitudine, isq; tantùm est 71° 8′.

Sin verò Planetæ fuerint plagæ ejusdem, tunc operare per complementa dimidii Aspectus.

53139 Antilog_us 54. Complementi dimid. aspectus.
549 Antilog_us 6 gr. Latit.

52590 Log_us arcus 36 gr. 14/. qui bis assumtus exhibet 72 gr. 28/. di-

28'. distantiam videlicet Aspectus Quintilis, si Latitudines Planetarum ejusdem plagæ fuerint.

Hîc etiam notandum est, quod Quadratus aspectus cujuscunq; Planetæ cum ☉ vel cum alio, qui exspers est Latitudinis, non indigeat reductione, etiamsi ille evidentem obtineat Latitudinem. Si quoq; Latitudines Quadrante minores propemodum æquales fuerint, & plagæ ejusdem, tunc omnibus aspectibus promiscuè respondent arcus Eclipticæ majores: Si verò diversæ fuerint, minores, ut ex præcedente Exemplo patet.

Tertiò, si differunt Latitudines quantitate, tunc sic procede, sicuti in hoc problemate paulò ante distantiam stellarum indagasti: & vide ut numeros saltem rectè ordines, cujus rei ecce geminum exemplum. Semisextilis aspectus inter ♃ & ♀ incidit in diem 12. Apr. Anno Christi 1643. Cum autem uterq; Planeta sit cum evidente Latitudine complicatus, videndum est, quantus arcus ad hunc aspectum formandum requiratur. Numerorum dispositio talis est.

Primùm Latitudo ♀ est 8° 34'. Septentr. Complementum ejus 81. gr. 26'. Secundò Latitudo ♃ 1° 7' Merid. vel excessus supra Quadrantem 91 gr. 7'. Tertiò distantia pro aspectu 30 grad.

		°	'	
1122	Log—us	81	26	
19	Antilog.	1	7	
1141	Summa Log—rum.			

°	'	"	
91	7		Latus majus.
81	26		Latus minus.
9	41		Differ.
4	50	30	Semidiff.

°	'	"		
15			Semibasis	
4	50	30	Semidiff.	
19	50	30	Aggreg. cujus L.	108051
10	9	30	Differ. cujus L.	173518
				281569 Aggreg.
				1141
				280428

Numerus bisectus est 140214 exhibens 14° 15', qui duplicatus format distantiam Aspectus in 28 gr. 30'.

Aliud Exemplum.

Die 2 Martii Anno Christi 1643 incidit Quintilis ♄ ♂.

1. Latitudo ♄ est 2° 6′ Meridional.

2. Latitudo ♂ est 1° 40′ Septentr.

3. Distantia Aspectus 72°.

67	Antilog—us 2° 6′.			91° 40′	Latus majus
42	Antilog—us 1° 40′			87° 54′	Latus minus.
109	Summa Log—rum.			3 46	Diff.
				1 53	Semidiff.


36°	0′	Semibasis	
1	53	Semidiff.	
37	53	Aggreg. cujus Log—us est	48767
34	7	Differ. cujus Log—us est	57825
			106592
			109
			106483

Numerus bisectus est 53241 qui dat arcum 35° 57′ 30″, isq; duplicatus efficit exquisitam distantiam hujus Quintilis Aspectus 71° 55′.

PROBLEMA SEPTIMUM.

7. *ORtum & Occasum heliacum, seu Intervallum emersionis & occultationis Siderum certâ Trigonometriæ Logarithmorum ratione perscrutari.*

Triplicem esse ortum & occasum siderum, Cosmicum, Acronychum, & Heliacum, *cap. 7 part. 1 Ephemerid. pag. 30.* inculcatum fuit. Quomodo verò Ortus & Occasus Cosmicus, nec non Acronychus Stellarum deprehendatur, ibidem unà traditum est, modusq; ille satis etiam ex problemate secundo hujus capitis patet, quod Ascensiones & Descensiones




10
5
0
10
20
30
40
50
60
70
80
90

ſiones obliquas Stellarum inquirere docuit, ita ut ex eo reliqua quæ in præfato *cap. 7. part. 1. Ephemerid.* adhuc deeſſe videntur, facilè ab Aſtrophilo ſuppleri queant. In hoc Problemate tertium, ortus & occaſus heliaci ſcilicet genus, ſuccinctè perſequemur: Stellæ enim aliquanto ab Sole intervallo diſtantes radiis ipſius immergere & rurſus emergere incipiunt, unde heliacus ortus, φάσις quoque, hoc eſt, apparitio matutina, & occaſus, κρύψις, hoc eſt occultatio veſpertina, dicitur. Intervalli porrò meta pro ſiderum magnitudine alia atq; alia eſt. Nam Ptolemæus ſingulis Planetis, ſingulisq; fixarum claſſibus ſuas tribuit profunditates reſpectu ☉ & Horizontis in circulo verticali intra quas Stella in ipſo Horizonte videri incipiat vel deſinat: Has profunditates in ſingulis Planetis, ſeu arcus viſionum ſequens Tabella exhibet.

Tabella arcuum viſionum ſeu profunditatum Stellarum ex Ptolemæi lib. 13 Magnæ conſtruct.

Planeta.	Gr.	/	Stellæ fixæ magn.	Gr.	/
♄	11	0	Primæ	12	0
♃	10	0	Secundæ	13	0
♂	11	30	Tertiæ	14	0
♀	5	0	Quartæ	15	0
☿	10	0	Quintæ	16	0
			Sextæ	17	0
			Minutiſſimæ	18	0

Cùm igitur heliaci ortus & occaſus ſtellarum à Poëtis frequens fiat mentio, & Aſtronomi ad obſervanda ſidera illum attendere cogantur, nec ab Aſtrologis negligantur, cùm hujusmodi ortus varios temporum articulos determinet, quorum & Veteres ad agriculturam exercendam meminerunt, iccirco operæ precium faciemus, ſi modum hîc exquirendi quantitatem diſtantiæ ſingulorum Planetarum & fixarum, ut manè ante ☉ ortum, vel veſperi poſt occaſum ☉ conſpiciantur, tradiderimus. Itaq; quod primùm Stellas fixas attinet, referatur huc ſchema, in quo



consideretur Triangulum H Q R, & repræsentetur tam circulus Meridianus quam Ecliptica, sitq; locus stellæ in H, Latitudo verò ejus HR, sitq; I O distantia Solis ab Horizonte, & punctum Eclipticæ, quî cum Stella oritur. Quócirca ad ortum & occasum heliacum Arcturi, [quē exempli loco hîc proponemus] investigandum, in Triangulo orthogono HQR angulus Q ostendat ortum Arcturi, cujus locus verus *in Tabula D, part. 1, Ephemerid. pag. 79.* ad annum Christi 1640 invenitur in 19° 13′ ♎, & ex *Tabula M. ejusdem part. pag. 96.* quod cum eo cooriatur punctum Eclipticæ 28 gr. 50/. distantia igitur utriusque est arcus R Q graduum 20 min. 23. Latitudo verò arcus H R 31 gr. 2/ 30//. B. At Latus I O gr. 12. quippe Arcturus est Stella primæ magnitudinis. Ergo in Triangulo IQO datur *per problema quartum hujus capitis* angulus I Q O 59 gr. 1/. qui est angulus Eclipticæ & Horizontis. Ex noto angulo ad QIO innotescit etiam basis QO *per Casum 5. cap. 6.* 14° 2′: quo addito ad punctum ortus veri, qui est 28 gr. 50/. ♍ relinquitur ortus heliacus Arcturi in 12 gr. 52/ ♎. Proinde in nostro Horizonte Stetinensi Pom. circiter d. 25 Septembr. Styl. Vet. Arcturus vesperi ex radiis Solaribus emergere & rursus apparere incipiet. Cæterùm patet ex *Tabula N part. 1. Ephemer. pag. 100.* quod ortus acronychus Arcturi seu verus vespertinus ad annum Christi 1640. sit in 6 gr. 27/ ♑. Arcus igitur in Ecliptica Q O elicitur eadem viâ 28 gr. 14/. quibus de 6 gr. 27/. ♑ deductis, remanet occasus heliacus Arcturi in 8 gr. 13/ ♐. Unde Arcturus circiter diem 20. Novembris Styl. Vet. radiis Solaribus abscondi incipiet. Eodem pacto etiam Sirii seu Caniculæ Ortus & Occasus heliacus deprehendi poterit. Punctum enim cooriens cum hac stella invenitur 19 gr. 19/ ♌, Angulus Eclipticæ & Horizontis 51 gr. 20/. Intervallum apparitionis matutinæ 15 gr. 26/. & ipse heliacus ortus in 4 gr. 45/ ♍. Sic punctum cooccidens cum Sirio datur 20 gr. 36/ ♉ Angulus Eclipticæ & Horizontis 16 gr. 17/ & intervallum occultationis vespertinæ 47 gr. 52/. ipseque occasus heliacus sese sistit in 2 gr. 44/ ♈.

Arcturi

Arcturi hoc tempore sit Sedini Pom.	Sirii seu Caniculæ.
Ortus Acronychus 28 gr. 50/ ♓.	Occasus heliacus 2 gr. 44/ ♈.
Occasus Cosmicus 6 gr. 27/ ♋.	Occasus Acronych. 20 gr. 36/ ♉.
Ortus Cosmicus 25 gr. 50/ ♍	Ortus Cosmicus 19 gr. 19/ ♌.
Ortus heliacus 12 gr. 52/ ♎	Ortus heliacus 4 gr. 45/ ♍.
Occasus heliacus 8 gr. 33/ ♐	Occasus Cosmicus 20 gr. 36/ ♏.
Occasus Acronychus 6 gr. 27/ ♑	Ortus Acronychus 19 gr. 19/ ♒.

Si quoq; de apparitione vel occultatione Planetarum es sollicitus, perquire eorundem Ascensionem & descensionem obliquam, nec non punctum in Ecliptica cooriens & cooccidens, ut in *Problem. 2.* ostensum est: deinde hujus puncti quoq; ad datam tui poli elevationem elice angulum Eclipticæ & Horizontis, ejusq; Logarithmum aufer à Logarithmo arcus visionis planetæ: sic enim remanebit Log—us distantiæ Solis à stella; quam metam quando ☉ obtinebit, Planeta tunc apparere vel incipiet vel desinet, atq; ita noveris ortum & occasum Planetæ heliacum. E. g d. 16. Augusti hujus anni 1635. ♃ ad tabulas Rudolphinas invenitur in 19 gr. ♌ cum 0 gr. 44/. Latit. Septentrionali. Ascensio ejus obliqua ad Stetinensem poli Elevationem datur 119 gr. 5/. Punctum cooriens 19 gr. 25/ ♌. Angulus Eclipticæ & Horizontis 51 gr. 23/. distantia ♃ à ☉le 12 gr. 51/. Cum igitur die 15. Augst. ♃ distet à ☉le per 13 gr. atq; præfixam hanc metam assequatur ☉, argumento est, ♃ tunc ante ☉ ortum sub crepusculi tempus emergere ex radiis ☉laribus, & pedetentim in oculos hominum sese insinuare.

Aliud Exemplum in ♀.

Venus die 16 Decembr. hujus anni deprehenditur in 10 gr. ♑ cum Lat. Septentr. 0 gr. 48/. Descensio ejus obliqua datur 247 gr. 6/. Punctum cooccidens 11 gr. ♑ Angulus Eclipticæ & Horizontis 23 gr. 40/. Hinc emergit distantia ♀ à Sole 12 gr. 32/ quam ☉ die 12 Jan. 1636. assequetur, ubi ♀ orietur vesperi heliacè. Quando autem Planeta ante conjunctionem cum Sole est occidentalis, tunc heliacè occidit, hoc est, occultatur vel immergitur radiis Solaribus vesperi, & quando est Orientalis, tunc manè occultatur. Contrà verò fit post Conjunctiones cum Sole, ibi enim quando Planeta est Orientalis, tunc in distantia ejus à Sole quæsita emergit è radiis Solaribus, quam emersionem & apparitionem vocamus Ortum matutinum heliacum Planetæ: quando autem est Occidentalis Planeta, tunc vesperi post occasum Solis sub crepusculi tempus se iterum

iterum conſpiciendum præbet. Utrum verò Planeta ſit Orientalis vel Occidentalis, ex Ephemeridibus cognoſcere poteris, ubi omnes in fronte ſyzygiarum Lunarium ſignati exſtant.

Corollarium hujus Problematis.

Dato jam puncto Zodiaci, quo cum Stella Coſmicè vel Acronychè oritur occiditve, datâ inſuper Latitudine, tam poli loci quàm Stellæ, Longitudo quoque illius innoteſcit, & ſeculum, quo Stella ita orta eſt vel occidit. Ratio hujus Corollarii ex præcedente & reliquis fluit problematibus, cujus uſum præſtantiſſimum in ſubjecto exemplo experiemur. Plinius, *lib. 18. nat. hiſt cap. 25.* ſcribit occaſum matutinum Vergiliarum ſeu Pleiadum à Thalete eſſe traditum fieri die 25 ab æquinoctio autumnali, quod de Coſmico occaſu accipiendum eſſe patet: Ut igitur locus Vergiliarum eo tempore & ſeculum, quo Thales Mileſius floruerit perſpiciatur, conſideretur in ſuperiori ſchemate primùm Triangulum Rectangulum OIR, aſſumatur autem pro Coſmico Vergiliarum Occaſu in ſigno oppoſito occaſus Acronychus, ut uſitatum eſt, & ex præmiſſis exemplis Arcturi atq; Sirii patet. Is igitur in 25. gr. ♈. Sit itaque in præmiſſo ſchemate Horizon occiduus XHF, R ſectio verna, & primùm in Triangulo OIR ad eliciendum angulum OIR dentur primùm angulus OIR graduum 23. min. 32. obliquitas Eclipticæ maxima, latus oppoſitum IO 9 gr. 43/. Declinatio puncti cooccidentis, & angulus IOR ſit rectus. Ergo per *Caſum 7. cap. 6.* datur angulus OIR 68 gr. 27/ 40//. Porrò in Rectangulo QOI ad angulum QOI ſunt δεδόμενα OQ, gr. 53. complementum Latitudinis loci Mileti in Aſia, Latus IO grad. 9 43/ ut antè, & angulus ad QOI ſit rectus. Itaq; per *eundem Caſum 7. cap. 6* invenitur angulus QIO 37 gr. 37/ 50//. quo cum ſuperiore aggregato exiſtit angulus QIR grad. 106. 5/ 30//. Cujus complementum ad ſemicirculum eſt HIL 73 gr. 54/ 30//. Tandem in Rectangulo LHI ac arcum LI explorandum dantur HIL, angulus jam repertus 73 gr. 54/ 30//. Latus LH 4 gr. 0/. Latitudo Lucidæ Plejadum, & angulus HLI rectus. Ergo *per Caſum 15. cap 6* obtinetur arcus LI 1 gr. 9/. qui de 25 gr. ♈ detractus relinquit Longitudinem Lucidæ Pleiadum in 23 gr. 51/. ♈ Hic locus ab eo qui anno Periodi Julianæ 6354. vel Anno Chriſti 1640. invenitur in *Tabula D. par. 1. Ephemerid.* in 24 gr. 58/ ♉, remotus eſt per 31 gradus &7

& 7 minuta. Hoc igitur intervallum per *Tabulam sub lit. E.* in annos conversum efficit 2197 annos, quibus de 6354. demtis, remanent anni Periodi Julianæ 4157, quo anno, hoc est anno 2. Olympiadis 55 Thaletem Milesium floruisse certum est: Creditur enim vixisse usque ad annum Olympiadis sexagesimum. Idem Thales ante annos 27. nimirum anno 3. Olympiadis 43 Eclipsin ☉ prædixit, ut autores sunt Plinius, *lib. 2. nat. hist. cap. 12.* Cicero, *lib. 1. de Divinat.* Solinus, *cap. 25* & Clemens Alexandrinus, *lib. 1. Stromatum.* Synchroni ejus creduntur fuisse Meton, Eudemon, & Anaximander. De hujus Thaletis ætate eleganter etiam disserit *Petavius, lib. 6. variar. dissert cap 10.*


PROBLEMA OCTAVUM.

8. *Data Gnomonis & Umbræ mensura, vel quantitate baculi, vel loco ejus staturæ nostræ, tanquam corporis umbrosi, perpendiculariter ab Horizonte erecti, ut & longitudine umbræ, datur in hac proportione etiam altitudo Solis, & si Solis Declinatio fuerit quoq; cognita, datur insuper regionis latitudo ex umbra Meridiana.*

Veteres Mathematici ex data proportione Gnomonis ad umbram circa puncta Æquinoctialia, Sole Meridiem attingente, non tantùm Altitudinem Solis, verùm etiam Latitudinem loci seu Elevationem poli venati sunt, cùm circa Æquinoctialia tempora Sol Declinationis expers sit: Iccirco quando *Strabo, lib. 2. Geographiæ, pag. 133 & seqq. in edit. Casauboni,* Vitruvius, *lib. 9. de Architectura, cap. 8* Plinius, *lib. 2. natural. histor. cap. 72.* de proportione umbræ & gnomonis in diversis regionibus loquuntur, per umbras intelligunt Æquinoctiales & Meridianas, praxisq; in hisce consistit: Erigatur Stylus ad superficiem Horizontis perpendiculariter, vel accipiatur quantitas propriæ nostræ staturæ, quæ etiam corpus umbrosum efficit, ex cujus umbra meridiana, cùm Sol in Æquinoctiorum punctis exsistit, colligitur altitudo ejus, & simul Latitudo loci seu Elevatio poli. Nam formatur hîc Triangulus Rectangulus, cujus tria latera repræsentant basin, κάθετον seu perpendiculum & ὑποτείνουσαν seu subtensam, ex quibus etiam Index Scioterici tàm Horizontalis

quàm verticalis formari solet: Nam hîc Gnomon, Stylus, seu umbilicus repræsentat perpendiculum; Radius Solis à loco Incidentiæ seu extremitate styli ad superficiem Horizontis usq;, unde reflectitur, hypothenusam refert; reliqvum verò latus Trianguli superficiei Horizontis insistens basin exprimit. In Triangulo igitur plano Rectangulo datâ Quantitate vel mensurâ perpendiculi, & proportione umbræ ad hanc, datur quoq; angulus qui altitudinem Solis exhibet, *per paragraphum 15. cap. 4. de solutione Triangulorum Planorum.* E. g. Strabo & Vitruvius *dictis locis* referunt, quod Sol Æquinoctiali tempore in ♈ & ♎ versando Athenis Gnomonis partes faciat quatuor, umbræ verò tres. Si igitur jam assumantur Gnomonis partes 400, in Tabula Sinuum respondet arcus 23 gr 34/50//. umbræ verò partes 300. quibus competit arcus 17 gr. 27/30//. Assumatur itaque hîc Triangulum planum A B C ubi datur Perpendiculum B A partium 400. Deinde Basis A C Longitudo umbræ partium 300. Angulus ad A esto Rectus, & quæratur Angulus ad C. Hic igitur per præfatum *§. 15. cap. 14.* ita investigatur.





120393 Log-us basis 300 part.
91619 Log-us *καθέτῳ* 400 part.

28774 ✠ Mesolog-us anguli quæsiti ad C. qui ostendit altitudinem Solis 36° 52′, & simul Latitudinem loci Atheniensis, cùm Sol ınibi Declinatione destituatur, quæ habitâ est à Veteribus 37 gr. circiter.

Porrò iidem autores referunt in Urbe Roma nonam partem Gnomonis deesse umbræ, hoc est, in Roma circa Æquinoctii tempus Gnomon habet partes 9 & umbra 8. Sequitur ergo quod altitudo Solis institutâ simili operatione circa Æquinoctium ipsaq; Latitudo loci dentur 41 gr. 33′. Et ut Studiosi Geometriæ, Astronomiæ, & Optices, majorem sese exercendæ habeant ansam in hac utilissima umbrarum materia, apponam hîc Observationes proportionum Umbrarum Aquinoctialium & Meridianarum ad Gnomonem à nonnullis artificibus positas.

Umbra Alexandriæ continet tres partes, quarum Gnomon est quinq;:

Relin-

Relinquitur ergo ibidem Altitudo Solis, quæ æqualis Latitudini loci Alexandrini, 30 gr. 58/. In Ancona oppido Italiæ umbra Æquinoctialis est partium 34 Gnomon 35. Hinc emergit altitudo Solis & poli 44 gr. 10/.

Umbra Æquinoctialis VVittenbergæ est part 15. min. 21. sec. 27. Gnomon verò 12 partium. Hinc prodit Altitudo Solis VVittebergæ 38 gr. 8/. & Elevatio Poli 51 grad. 52 min. quæ est ejus complementum. In Veteri Sedino Pomeranorum umbra Æquinoctialis in Meridie observata est part. 811. qualium Gnomon habuit 600. Invenitur ex hisce datis Altitudo Solis & Æquatoris 36 gr. 30 minutorum: Et proinde ipsa Elevatio poli 53 grad. 30 minutorum.

Eodem modo ex umbra Solstitiali æstiva Meridiana Altitudo Solis & poli elici possunt. Sumatur enim in exemplum ex *Ptolemæi lib 11. magnæ composit. cap. 6.* Parallelus decimus, ubi distat ab Æquinoctiali vertex grad. 33. min. 18. & proportio Gnomonis ad æstivam umbram est ut 60 ad 10. Obtinebitur igitur Angulus ad C gr. 9. 27 min. ferè, qui est distantia verticalis puncti ab æstivo Tropico: Cui si addatur maxima obliquitas Eclipticæ Ptolemaica, quæ est 23 gr. 51 min. Consurget verticalis puncti distantia ab eodem Æquatore sive poli Altitudo grad. 33. min. 19. Abundante hìc uno minuto ultra Latitudinem Ptolemaicam. Scribitur autem decimus Parallelus per mediam Phœniciam, ubi maxima Longitudo diei est 14. hor. 15. minutorum. Eodem modo ex proportione Gnomonis ad hibernam umbram altitudo Solis & poli colligi possunt, ita ut pluribus exemplis non sit opus.

Quando verò altitudinem Solis extra meridiem lubet cognoscere, eadem praxi hìc opus. E. g. Ego Sedini die 8 Augusti Anno Christi 1632. formavi stylum, qui respectu mei Radii in mille partes divisi exæquabat 925. particulas, qualium etiam erat mea statura corporis. Atq; hoc perpendiculum in proposito Triangulo exhibet latus B A. Longitudinem verò umbræ definito tempore inveni particularum 2115. respectu Gnomonis.

238054 Log–us B A.
-155346 Log–us A C.

82708 + Mesolog–us Altitud. ☉ 23° 37′.

Itaq; Altitudo ☉ desiderata tunc fuit in gradibus 23. in minutis 37. particularum.

Consectarium.

Datâ jam Altitudine Solis & poli cum vero loco Solis & Declinatione ejusdem, tempus Observationis vel antemeridianum vel pomeridianum per præcedens *Problema 5.* datur. Exempli loco sit observatio illa Altitudinis☉ Stetini habita, quo tempore ☉ extitit in 25 gr. 37/ ♌. & Declinatio Solis fuit inventa 13 gr. 2 min. Altitudoq; Solis data 23 gr. 37/. Hinc tempus à meridie in gradibus Æquatoris prosiliit 68 gr. 12 min. in tempore horario verò 4 horar. 33 min. propemodum. Ergo tempus meæ observationis fuit hora 4 & 33 min. post meridiem. Atq; sic Philomathes cognita quantitate sui corporis & proportione Gnomonis ad eam, serenis æstivis diebus quovis tempore non tantùm Altitudinem Solis, sed & Elevationem loci & horas satis præcisè ante & post meridiem noverit: quæ cognitio jucundas ei speculationes & utiles in Sciathericis subministrare poterit; longeq; faciliùs, quàm Veteres, per Logarithmorum Canonem, tanquam mirificum compendium, hæc omnia assequetur.


PROBLEMA NONUM.

9. *EX dato Azimutho atq; altitudine Stellæ, nec non cognito temporis articulo, vel Ascensione Recta medii cœli, & insuper loco Solis atq; Latitudine loci, Declinationem ejus & Ascensionem Rectam inquirere, & deniq; Longitudinem Latitudinemq; Stellæ superstruere.*

Hoc problema Regiomontanus, *in peculiari libello de Cometis*, & *Epitome constructionis magnæ*, Apianus *in Cæsareo Astronomico*, & Osvvald. Schreckenfuchsius, *in doctrina Triangulorum*, perplexis & operosis rationibus proposuerunt. Quamvis autem hic modus facilè lapsui sit obnoxius, præsertim quando ipsum momentum temporis non præcisè constat, neque locus Solis exactè est cognitus; neque etiam Quadrans vel Quadratum sufficientem quantitatem obtinet, ita ut Azimutha exactè ad singula scrupula prima referre possit: tamen si hi errores, qui sese ingerere solent, debitâ diligentiâ præcaveantur, modus iste quàm proximè citra magnum errorem stellæ locum exhibere potest.

Sæpe

Sæpe enim Stellæ altitudo in Meridiano capi nequit, vel ob instabilem auram, vel quod sub noctem stella aut novum phænomenon ad culmen cœli non perveniat. Ideoq; Astronomum tunc ad hunc modum confugere oportet. Quamobrem praxin hujus Problematis ad modum & exemplum Tychonicum ostendam. Nam *libro 2 progymnasm pag. 23.* sub finem anni 1577. Stellæ in dextro genu Pegasi transitum per Meridianum nondum obtinuerat, unde ejus Declinationem & Ascensionem Rectam sequenti modo investigavit. Cùm in Meridiano de Æquatore essent gradus 55. min. 45. deprehendit altitudinem hujus Stellæ part 28. min. 24. & in Azimutho 8 gr. 53 min. versus Septentrionem ab occasu Æquinoctiali. Sit igitur in adjuncto Schemate Meridianus C B A G F D, Horizon A K E, polus verticis C, polus Æquinoctialis D, Æquator B K G, Locus Stellæ in H, per quem transeat à polo Verticis seu Zenith in Horizontem Quadrans C H F. Similiter transeat à polo Æquatoris D in Æquatorem per H alius Quadrans D H I. Unde patet, quod arcus H F referat altitudinem Stellæ, K F verò Azimuth ab occasu versus plagam Septentrionalem. Sitque arcus H I Declinatio: Angulus verò B D I differentia Ascensionis Rectæ Stellæ & medii cœli, quæ hunc in modum inquiritur. In Triangulo C D H dantur duo latera angulum notum intercipientia: nam latus C D est distantia poli mundi à Zenith, seu complementum Latitudinis loci 34 gr. 7/. Latus C H est complementum altitudinis observatæ 61 gr. 36/. Angulus verò inclusus D C H est complementum Azimuthi quem metitur arcus Horizontis F E 81 grad. 7/. Quocirca non ignotum quoq; erit Tertium latus D H *per Casum 3. cap. 7.* quod est Complementum Declinationis Stellæ, invenitureq; 61 grad 58/.



Ipsaq: Declinatio Stellæ in dextro genu Pegasi Borea 28 gr. 2 min. Porrò pro Ascensione Recta impetranda idem retinetur Triangulus, cujus latera omnia jam nota sunt; unde & dabitur angulus C D H, quem metitur Arcus Æquatoris B I differentia Ascensionis Rectæ medii cœli B & Ascensionis Rectæ Stellæ, quæ est in I. Hic angulus autem per *Casum 1. c. 7.*

præcisè invenitur 79 gr. 56 minut. Si igitur hunc arcum subtraxeris ab Ascensione Recta medii cœli, quem Tycho ex loco ☉ cognito & Horologio non tantùm horas, sed & horarum minuta exactè referente obtinuit 55 gr. 45/, emergit Ascensio Recta Stellæ in dextro genu Pegasi 335 gr. 49 minutorum, & Declinatio Borea 28 gr. 2 minut. Deinde ex hisce *διδωμένοις per Problema 3. hujus* colligitur Longitudo dextri genu Pegasi ad anni 1577 finem in 19 gr. 50/ ♓ & Latitudo B. 35 gr. 6. min. Qui locus ab ultima Tychonica determinatione stellarum fixarum non multùm discrepat. Si Philomathes plura exempla desiderat, præfatos consulat autores, & cumprimis *lib. 2.* Tychonis Brahe *de recentibus mundi ætherei phænomenis, pag. 217 & seqq. pag. 346. & pag. 433 Uranodromum* M. Petri Crugeri, *de Cometa Anni 1618.* & alios horum sectatores.

Tycho Brahe, ut & alii, nonnunquam etiam ad Declinationem & Ascensionem Rectam Stellæ pervenerunt, citra ambages, quando scilicet Stellæ altitudinem maximam, eâ Meridianum transeunte, & ipsum temporis articulum, quo id accidit, observarunt, unde datis loco Solis & altitudine poli datur quoq; Declinatio & Ascensio Recta Stellæ, sicut in exemplis, quæ *lib 2. Progymnasm. pag. 14. & lib. 1. pag 694. & pag. 698.* adducuntur, patet.

Corollarium.

Ex deprehensis Altitudinibus Stellarum in Meridiano Poli loci elevationem colligere.

Cùm in praxi priorum Problematum Elevatio poli seu Latitudo supponatur: Idcirco modum investigandi eam corollarii loco huic Problemati adjiciam.

Hæc autem I. innotescit, quando maxima alicujus Stellæ in Meridiano altitudo capitur, & ab ea Declinatio Stellæ septentrionalis subducitur, vel eidem Meridionalis additur; sic enim relinquitur altitudo Æquatoris, quæ est complementum Elevationis poli loci. E. g. Anno Christi 1634 die 4 Martii, feria 3. Stylo Veteri, observavi Quadrato Geometrico Stetini Pom. ad Viadrum Altitudinem ☉ Meridianam, occasione Eclipsis ☽ ris, cui intentus eram, partic. 6780. quæ in Tabula Tangentium exhibent altitudinem Solis 34 gr. 8. min. At ob refractionem Solis adhuc

adhuc 42 ſecunda ſubtrahenda, & ob parallaxin ejusdem 2/12//addenda erant, ita ut relinqueretur Altitudo ☉ correcta 34 grad. 9 min. 30 ſec. Sol tunc extitit in 24 gr. 2 min. ♓. Et ejus Declinatio Auſtralis addenda erat 2 gr. 22 min. 33 ſec. Quæ adjecta priori altitudini correctæ offert Altitudinem Æquatoris Stetini Pom. 36 gr. 32/ cujus complementum 53 gr. 28/ eſt Elevatio Poli Stetinenſis. Qualem & ante hac Dn. Georgius Rhetius Quadrante deprehenderat.

Rurſus ſub noctem cœpi Altitudinem Meridianam, [horâ 7. min. 43] antequam Eclipſis ingruebat, Procyonis ſeu Ante-Canis, ut à Cicerone vocatur, Altitud. quæ erat particularum 9220, & graduum 42. min. 41. Declinatio ejus B. 6 gr. 8/. Unde relinquitur Altitudo Æquatoris Stetini ad Viadrum 36 gr. 33/. Et Elevatio poli 53 gr. 27/. uno minuto minor, quàm prior. Talem quoq; deprehendi ex altitudine meridiana Cordis ♌, quam hoc anno 1635 menſe Februario & Martio aliquoties ſextante Tychonico cœpi 50 gr. 17 min. Declinatio ejus borea eſt 13 grad. 44. Relinquitur igitur Altitudo Æquatoris 56 gr. 33 min. & Sublimitas Poli Stetinenſis 53 grad. 27. min. Unde colligo hanc 53 gr. 27 min. Altitudinem Poli Stetinenſis eſſe exactiorem quam illam 53 gr. 28 vel 29 min. Quadratum enim ob minorem molem & numerorum capacitatem ad unũ minutum exorbitare potuit. Nihilominus tamen in calculo communiter receptam Elevationem Poli Stetinenſis $53\frac{1}{2}$ grad. retineo, cùm à priore ſaltem per tria minuta differat, nec à vera multum recedat.

II. Deinde, cùm Latitudo loci cujusvis æqualis ſit Elevationi poli ejusdem loci: Idcirco ex circumpolaribus Stellis eadem non operosâ methodo perquiri poteſt, quando ſcilicet maxima & minima cujusdam altitudo obſervatur, & dimidium differentiæ vel minori altitudini additur, vel majori demitur; aut etiam, quando maxima & minima Altitudo, quarum utraq; in Meridiano contingit, in unam ſummam conjiciuntur & aggregatum biſſecetur, hoc enim aggregatum biſectum eſt ipſa loci Latitudo. E. g. Gemma Friſius, *in libello, de Aſtrolabio Catholico, cap. 9.* ſcribit, quod Lovanii, Anno Chriſti 1547. die 13 Decembr. circa 6. veſpertinam, diligenter obſervaverit ſtellæ fixæ, quæ eſt in Cauda Urſæ minoris, quæque Cynoſura vocatur, Altitudinem maximam, 53 gr. 58/. quodq; die ſequente, eandem circa 6. hor. matutin cum eadem ſtella imam obtinuerit in ſeptentrione altitudinẽ, cœperit eam 47 gr 43/ fere, aggregatum utriusq; Altitudinis efficit 100 gr. & 101 minut. quod biſectum

ctum efficit 50 gr. 50/30// Ostenditq; Elevationem poli Lovaniensis 50 gr. 50/. Si in minutis velis subsistere. Hinc etiam patet, [ut obiter hoc moneam] quod distantia stellæ polaris à polo mundi Arctico tunc fuerit 3 gr. 8/. Ipsaque Declinatio Cynosuræ ex complemento ejus 86 gr 52/. Si scilicet Elevatio poli auferatur à maxima altitudine stellæ polaris: vel si minima ejus altitudo auferatur ex acquisita Elevatione poli, quæ hic est 50 gr. 50/. Tu Astrophile ex subjectis διδομένοις collige Cassellanam Latitudinem in Hassia, ubi, teste Rothmanno, Anno Christi 1585. ille invenit in superiori Meridiani parte, altitudinem stellæ polaris 54 gr. 16/. in inferiore 48 gr. 24/. Maximam verò Altitudinem pectoris Cassiopeæ 77 gr. 3/: Minimam verò 25 gr. 37. Plura exempla Tibi *lib. 1. Epistolar. Tychonis, pag. 30 & lib. 1 progymnasm. p. 361. & seqq.* occurrent.

III. Deniq; Declinationes quoq; stellarum, quæ verticem alicujus loci transeunt, vel in minima altitudine Horizontem saltem stringunt, nunquam autem infra submerguntur, Elevationem poli loci ostendunt. Sic quia Bosci Ducis Brabantiæ, & Middelburgi Zeelandiæ, Lucida Lyræ in minima altitudine deprehenditur saltem Horizontem stringere, nunquam autem occidere infra eundem; idcirco complementum Declinationis ejus exhibet Latitudinem horum locorum. Declinatio verò Lucidæ Lyræ est 38 gr. 29/. Proinde 51 gr. 31/. Complementum ejus est Elevatio poli Sylvæducis & Middelburgi.

Sic cùm Fruenburgi Borussiæ Schedir Cassiopœæ verticem ejus loci quotidie transeat, quod vel filo ad murum perpendiculariter erectum suspenso, vel inter bina fulcra perpendiculariter erecta constituto explorari potest; Idcirco Declinatio hujus stellæ proximè Elevationem Fruenburgi Borussiæ significat: Cumq; ea Declinatio sit 54 gr. 22/ ferè, colligitur & talis Fruenburgi Latitudo proximè; quanquam priores duo modi omnium sint exactissimi, & plerisq; Astronomis Latitudinem loci examussim indagantibus usitatiores.


Problema Decimum.

10. *Data Altitudine Meridiana & distantia ignoti sideris ab aliqua fixarum aut Erraticarum, datur ignoti quoq; Longitudo & Latitudo.*

Hic

Hic modus indagandi Longitudinem & Latitudinem ignotæ alicujus stellæ, utpote evidentissimus, nec lapsui facilè obnoxius, Nobiliss. Tychoni præ relinquis familiarissimus fuit, sicut videre est in exemplis, quæ *lib. 1. Progymnas. Astron. pag. 157. & 192.* necnon *lib. 2. pag. 27.* & passim proponit. Quamobrem operæ precium faciemus, si compendium calculi ostenderimus. Itaq; lubet duo ista exempla, quæ loco præfato *lib. 2 progymnasm. pagin. 27. & seqq.* habet, ad nostros calculos revocare.

Prius exemplum inquirit locum stellulæ in pectore Pegasi, quæ est duarum Borealior. Hujus stellæ distantiam Braheus à Lucida Vulturis sub finem anni 1577 accepit part. 45 min. 31. exactè: Declinationem autem ejus ex altitudine Meridiana eodem anno grad. 22. min. 26. Boream.



Ergo ἰδόμενα sunt. In Triangulo B A C Latus A C complementum Declinationis Lucidæ Vulturis 82 grad. 8 min. Latus A B complementum Declinationis stellæ in pectore Pegasi 67 gr 34 min. Latus B C distantia utriusq; stellæ 45 gr. 31 min. Ergo datur per *Casum 1. cap. 7.* angulus ad A quem metitur arcus D E differentia Ascensionis Rectæ grad. 44. min 55. ferè. Cum autem Ascensio Recta Lucidæ Vulturis à Tychone sit inventa 292 part. 35 minut. addito igitur hoc arcu A R Vulturis, eò quod hæc stellula in pectore Pegasi sit Occidentalior & ulterior S S S, emergit A R stellæ in pectore Pegasi 337 grad 30 minut. Proinde datâ nunc Declinatione hujus stellulæ 22 gr. 26 min. B. & Ascensione 337 gr. 30 min. datur quoq; per Problema tertium Longitudo hujus stellæ in 18 gr. 36 minut. ♓. & Latitudo 29 gr. $24\frac{1}{2}$ min. Septentrionalis.

Posterius exemplum ostendit locum Lucidæ Lyræ, quæ à superiori & præcedente in □ Pegasi, Scheat dicto, removetur per 55 grad. 31 min. ferè: Declinatio verò Lucidæ Lyræ ex altitudine ejus Meridiana adinventa est 38 gr 26 min. Borea. Quocirca dantur hìc primùm Crus B A 64 gr. 10 min. Complementum Declinationis Scheat Pegasi; Secundò crus

A C 51 grad. 34 min. complementum Declinationis Lucidæ Lyræ. Tertiò Basis C B 55 grad. 31 min. Unde factâ operatione, per *Casum* 1. *cap.* 7. prodit angulus C A B 65 gr. 14 min. qui est angulus differentiæ Ascensionis Rectæ utriusq; stellæ, quem mensurat Arcus D E. Cùm igitur Ascensio Recta Scheat Pegasi in B collocata per punctum in Æquatore E sit graduum 340 minutor. 52. & Lucida Lyræ in signorum ordine Occidentalior sit hac Pegasi stellâ: Hinc differentia inventa erit subtrahenda, ita ut relinquatur Ascensio Recta Lucidæ Lyræ 275 grad. 38 minut. Cognitâ insuper Declinatione Boreâ Lucidæ Lyræ 38 grad. 26 minut. innotescit quoq; Longitudo ejus in Ecliptica, 9 gr. 21 min. ♑ & Latitudo B. 61 gr. $46\frac{1}{2}$ minut. ad exeuntem annum Christi 1577. Tycho quidem, *loco præfato*, accepit Latit. 61 grad. 43'. eò quod assumserit Declinationem maximam Eclipticæ 23 gr. 27'. Sicut ipse fatetur *pag.* 74. *lib.* 2. *Progymnasm.* Sic & in Longitudine deest unum minutum: correctâ igitur maximâ obliquitate Eclipticæ antè nominatâ tam Longitudo quàm Latitudo Lucidæ Lyræ provenit. Si Astrophilus plura Exempla ad calculos velit revocare, consulat Tychonem supra dictis locis.

Cautio.

Videndum autem est, ne stellæ in hac distantia Tropico ♋ vel ♑ nimis sint vicinæ; sic enim calculus ob exiguam declinationis differentiam & nimiam obliquitatem ad Æquatorem exactam certitudinem non obtinebit; unde tunc ad sequens Problema confugiendum est.


PROBLEMA XI.

11. *Cum distantia ignotæ alicujus stellæ vel novi sideris à duabus fixis secundum Longitudinem ac Latitudinem notis perspecta fuerit, ignotæ quoq; stellæ vel novi sideris ab Æquinoctio Verno in Longitudinem, & ab Ecliptica in Latitudinem digressio per ratiocinia Trigonometrica inquiri potest.*

Regiomontanus, tam *lib.* 4 *de Triangulis Sphæricis, proposit.* 28. *& ult.* quàm *lib.* 7. *proposition.* 9. *&* 10. *Epitomes ad Almagest. Ptolemæi*, generaliter ostendit, quomodo ex scientia Triangulorum hoc Problema tractandum & solvendum sit: Nobilissimus verò Brahéus com-

compluribus exemplis, *lib. 1. ac 2. progymnasmat.* hunc modum egregiè illustravit, & comprobavit, si scilicet observationes rectè fuerint institutæ, & Triangulum aptè conformatum sit. Nos unum exemplum ex eodem, quod *lib. 1. progymnasm. pag. 372. & 585. & seqq.* exstat, in summis capitibus repetemus; cui & proprium ex nostris observationibus adjungemus.

Sint in apposito schemate duæ stellæ fixæ sideris Cassiopeæ A & B. quarum A sit Lucida Cathedræ in parte superiore, quam Braheus ad annum 1572 secundum Longitudinem in 29 gr. 11/30// ♈ constituit: Secundum Latitudinem verò Bor. 51 gr. 14/30// ab Ecliptica: B verò sit illa quæ in flexura est juxta ilia, & cujus Longitudo ad eundem annum ponitur in 8 gr. 3/30// ♉. Latitudinẽ verò 41 gr. 14/. C autem locum novæ stellæ ad annum Christi 1572 in sidere Cassiopeæ repræsentet; & sit A C arcus distantiæ novæ stellæ à lucida vel suprema Cathedræ: C B verò arcus inter novam stellam & flexuram interceptus: & A B arcus intercapedinis utriusq; fixæ in Cathedra. Sit insuper G polus Zodiaci Boreus, à quo duo Quadrantes descendant in Eclipticam per ante nominatas fixas in A & B constitutas, per A quidem G D: per B vero G F. Unde D F erit arcus Eclipticæ distingvens utriusq; fixæ Longitudinem & A D, nec non B F arcus Latitudinum earundem fixarum. Eodem modo à polo Eclipticæ per locum novæ stellę in C exhibitæ, ducatur Quadrans in Eclipticam, quæ hîc G E erit. Ex quo apparet, locum Longitudinis novæ stellæ esse in E, & D E esse portionem differentiæ Longitudinis novæ à Lucida Cathedræ in A posita: C E verò ostendit arcum Latitudinis seu distantiæ novæ ab Ecliptica. Hisce suppositis, lubet indagare arcum D E, quantum scilicet E, Longitudo novæ stellæ, superet Longitudinem Lucidæ in Cathedra: Nova enim stella s. s. s. Lucidam Cathedræ sequitur, & ulterior est in Longitudine ab Æquinoctio verno. Atq; unà placet quoq; perquirere quantitatem Arcus C E, ut simul constet hujus



novæ ſtellæ ab Ecliptica remotio, quam Latitudinem vocant. Itaq; ut in horum notitiam perveniamus, conſiderandum eſt:

I. Triangulum A G B, cujus duo Latera in polo G juncta cognita ſunt per complementa Latitudinum fixarum, G A. 38 gr 45/30//. G B 41 gr. 14. Eſt etiam angulus, quem dicta Latera complectuntur, cognitus, qui eſt differentia Longitudinis utriusq; fixæ, & metitur eam arcus D F qui eſt 8 gr. 52/. Unde per *Caſum 3. cap.* 7. arcus A B exploratur, quem invenio 6 gr. 12/30//. & eſt diſtantia Lucidæ Cathedrę à flexura Caſſiopeæ, qualem & Tycho cœlitùs per inſtrumenta obſervavit.

II. Angulus quoq; B A G eſt perveſtigandus, cujus tria Latera jam nota ſunt. 1. Latus G A 38 gr. 45/30//. 2. Latus A B 6 gr. 12/30//. 3. Latus G B, 41 gr. 14/. Hinc angulus abſolutâ operatione per Logarithmorum numeros, & per *Caſum 1. cap. 7.* invenitur 110. gr. 1/46//.

III. In Triangulo C A B ad dimetiendum Angulum A, cùm & omnia hujus Latera innoteſcant; 1. A C 5 gr. 19/ diſtantia novæ ſtellæ à Lucida Cathedræ. 2. A B. 6 gr. 12/30//. diſtantia ejusdem Lucidæ à flexura Caſſiopeæ, & 3. C B. diſtantia novæ ſtellæ à flexura, 5 gr. 2/. Idcirco per dictum *Caſum 1. cap.* 7 angulus C A B evadit 51 gr. 9/. Hic angulus à priore B A G ablatus, tanquam pars de ſuo toto, relinquit quantitatem anguli G A C vel C A G 58 gr. 53/.

IV. Progredior ad Triangulum C A G, cujus angulus ad A jam datus eſt, & inſuper duo latera dictum angulum ambientia G A & A C: proinde per *Caſum 3. cap. 7.* datur Latus G C complementum Latitud novæ ſtellæ 36 gr. 15/20//. quo ſublato à Quadrante prodit Latitudo novæ ſtellæ 53 gr. 44/40//. quantitas videlicet arcus C E.

V. Patefactis jam in eodem Triangulo tribus lateribus Angulus quoque D G E ſe ſiſtet: Dantur enim hîc 1. Latus G A 38 gr. 45/30//. 2. Latus G C 36 gr. 15/20//. 3. Baſis A C 5 gr. 19/. Evadit igitur præfatus angulus D G E vel A G C 7 gr. 42/40//. Cùm igitur, ut initio quoq; monitum eſt, nova ſtella Orientalior fuerit Lucidâ in Cathedra Caſſiopeiæ, idcirco differentia addenda eſt Longitudini Lucidæ, ut vides hîc factum.


29 gr.	11/	30// ♈	Longitudo Lucid. in Cathedra.
7	42	40	Differentia Longitud. inter novam & Lucidam.
6	54	14 ♉.	

Ergo relinquitur novæ ſtellæ Longitudo per ſolutionem horum Triangulorum in 6 gr. 54/ ♉. & Latitudo ejusdem 53 grad. 45/ Bor. ferè: id quod erat demonſtrandum.

Aliud

Aliud Exemplum.

Hoc Problema quoq; propriâ quadam obſervatione per Radium Aſtronomicum inſtitutâ, illuſtrare lubet. Anno Chriſti 1635. die 25 Februarii, Stylo veteri, poſt 8 veſpertinam, cùm cœlum ſerenum affulgeret, volui explorare ſitum JOVIS tam quoad Longitud. quàm Latitudinem, ut mihi innoteſceret veritas Ephemeridum novarum ex Tabb. Tychonicis ſupputatarum. Hanc igitur obſervationem cum Præſtantiſſ. Dn. GEORGIO Marggrafen/ Liebſtad. Miſnico, Medicinæ Candidato, & Rerum Aſtronomicarum cultore ſolertiſſimo abſolvi, & diſtantiam JOVIS Radio Aſtronomico juſtæ magnitudinis ex chalybe & orichalco affabrè elaborato & ſubtiliter diviſo, cepi à duabus Stellis, quæ cum JOVE videbantur Triangulum Iſoſceles formare. Prior fixa erat Caſtor vel Apollo, hoc eſt ſtella in ſuperiori capite ♊: Poſterior verò erat Boreale genu ſupremum Caſtoris. JUPITER igitur à Caſtore diſtabat 13 gr. 10/ à Boreali verò genu ſupremo Caſtoris 19 gr. 37/ Sint igitur in ſubjecto ſchemate $\alpha \epsilon \zeta \eta$ partes Eclipticæ eædem cum priori Schemate quæ oſtendebantur per literas G D E F. γ ſit locus JOVIS, β locus Caſtoris, & δ locus genu Borei ♊. Primò igitur in Triangulo $\beta \alpha \delta$ διδόμενα ſunt 1. Latus $\alpha \beta$ 79 gr. 58/ Complementum Latitudinis Caſtoris. 2. $\alpha \delta$, 87 gr. 49/. Complementum Latitudinis genu Borei ſupremi Caſtoris. 3. Angulus $\beta \alpha \delta$ quem metitur arcus $\zeta \eta$ 10 gr. 19/. Differentia Longitudinum ſcilicet Caſtoris & ejus genu Borei ſupremi. Emergit igitur Latus $\beta \delta$ 12 gr. 54/30// quod exhibet diſtantiam Caſtoris & ejus genu Borei: Unde patet, hoc latus ſaltem Quadrante unius gradus eſſe minus Latere $\gamma \beta$, quod inventum eſt 13 gr. 10/.



II. In Triangulo $\alpha \delta \beta$ pro angulo $\alpha \delta \beta$ dantur 1. $\alpha \delta$, 78 gr. 49/ Complementum Latitud. genu B. Caſtoris; 2. $\beta \delta$, jam inventum 12 gr. 54/30// Diſtantia Caſtoris à ſuo genu Boreo: & 3. $\alpha \beta$ 79 gr. 58/ complementum Latitudinis Caſtoris. Quocirca Angulus $\alpha \delta \beta$ reſultat 52 gr. 6/50//.

III. Porrò in Triangulo β δ γ διδόμενα sunt: 1. Latus β δ 12 gr. 54/30// Distantia Castoris à suo genu Boreo. 2. Latus γ δ 19 gr. 37/ Distantia Jovis à genu Boreo Castoris. 3. Basis γ β 13 gr. 10/ Distantia Jovis à Castore. Unde innotescit, angulum β δ γ esse 42 grad. 12/12//. Hunc adde Angulo α δ β antea invento, & relinquitur totus Angulus α δ γ 94 grad. 19/2//.

IV. Cæterùm in Triangulo α δ γ pro Latere γ α, notum est 1. Latus α δ 87 gr 49/. 2. γ δ 19 gr. 37/. 3. Angulus α δ γ, 94 gr. 19/2//. Hinc exsistit Latus γ α Complementum Latitudinis Jovis 89 grad. 23/34// & ipsa Latitudo Jovis 0 gr. 36/26// Borea.

V. In Triangulo γ α δ, pro Angulo γ α δ, διδόμενα sunt: 1. γ α, 89 gr. 23/34// complementum Latitudinis Jovis. 2. α δ, 87 gr. 49/. 3. γ δ, 19 gr. 37/. Prosilit igitur Angulus γ α δ 19 grad. 33/34//, quem metitur Arcus ε η videlicet differentia Longitudinis Jovis & genu sequentis Borei Castoris, quæ addita Longitudini stellæ in genu Boreo Castoris, prout ad præsentem annum ex Tabb. Tychonicis eruitur, exhibet Longitudinem Jovis.

Gr.	Min.	Sec.	
4	51	0 ♋	Longitudo genu Borei Castoris ad initium anni Christi 1635.
19	33	34	
24	24	34 ♋	


Longitudo igitur Jovis relinquitur in 24 grad 24 min. 34 sec. ♋ Latitudo verò 0 gr. 36 min. 26 sec. Borea. Calculus Copernicæus Locum ♃ ad supra dictum tempus constituit in 23 gr. 52 min. ♋. Latitudinem verò 0 gr. 10 min. Boream. Calculus Tychonicus ex Tabb. Rudolphinis eum statuit in 24 gr. 5 min. ♋ cum Latitudine 0 gr. 41 min. Septentrionali. Quanquam autem hæc nostra observatio propiùs ad calculum Tabularum Rudolphinarum accedat: Tamen cùm in Longitudine differentia trientis gradus occurrat, patet, motum ♃ adhuc aliquâ correctione indigere, quam crebrò institutæ in eo examussim observationes cœlestes suppeditabunt, atq; sic eum omnibus numeris absolutum perficient. In Latitudine nondum differentia Unciæ gradus, sed saltem decima quinta unius pars cum semisse deprehenditur, quæ exigua & tolerabilis est.

COROL-

Corollarium.

Eodem propemodum modo Longitudo ac Latitudo ignotæ ſtellæ eliciuntur, ſi illa in linea recta inter duas ſtellas intercepta, & ſimul diſtantia unius noti ſideris ab ignoto perſpecta fuerit.

Veluti aſſumamus exempli loco ex *lib. 1. progymnaſm. Tychonis, pag. 681. & ſeq* novam ſtellam in Cathedra Caſſiopeæ, quæ fuit intercepta inter Cingulam Cephei, & flexuram Caſſiopeæ, prout id in ſubjecto Schemate aliquo modo delineatum eſt. Nam in eo eſt A polus Eclipticæ. B ſtella in cingulo Cephei, D nova ſtella, F flexura caſſiopeæ. In Triangulo igitur B A E ſunt διδόμενα, 1. Latus B A, complementum Latitudinis Cinguli Cephei 18 grad. 53 min. 2. Latus E A complementum Latitudinis flexuræ Caſſiopeæ 41 gr. 14 min. 3. Angulus B A E ex differentia Longitudinis utriusq; fixæ relictus 8 gr, 15 min. 30. ſec. Proinde per *Caſum 3. cap. 7.* innoteſcit & tertium Latus B E partium 22, min. 41. intercapedinem utriusque ſtellæ exhibens. Porrò ex tribus cognitis lateribus Angulus quoq; A E B, qui ſimul Angulum A E D ſuppeditat, prodibit, per *Caſum 1. cap. 7.* cùm nota ſint tria Latera E A gr. 41. min. 14. complementum Latitudinis flexuræ Caſſiopeæ, B E 22 gr. 41. min. diſtantia Cephei à flexura Caſſiopeæ, tertiò Latus B A 18 grad 53 min. angulo quæſito oppoſitum, quod eſt complementum Latitudinis Cephei. Angulus igitur A E B, vel Angulus A E D, qui hîc unus eſt in E, relinquitur 6 gr. 47 minut. Dehinc in Triangulo A E D, ad indagandum Latus A D quod eſt complementum Latitudinis novæ ſtellæ, dantur 1. E A 41 gr. 14/. 2. E D 5 grad. 2. min. diſtantia novæ ſtellæ à flexura Caſſiopeæ. Deniq; Angulus A E D 6 gr. 57/ jam inventus. Proveniet igitur Tertium Latus A D 36 gr. 15. min. Complementum Latitudinis novæ ſtellæ, adeoq; ipſa Latitudo novæ ſtellæ 53 gr 45/. Tandem in Triangulo D A E nota ſunt tria latera D A 36 gr. 15/. E A 41 gr. 14/. D E 5 gr. 2/. Itaq; patefit etiam Angulus D A E differentiam Longitudinis inter novum ſidus aperiens 1 gr. 8/. Braheus tantùm ponit 1 gr. 1/45//. At calculus rectè ſubductus 6 minuta inſuper addit, ita ut



ita ut verus angulus sit 1 gr. 8/. Quibus sublatis à Longitudine flexuræ, eò quod nova stella fuerit citerior in successione signorum,

G.	M.	S.	
8	3	30 ♉	Longitudo flexuræ Cassiop.
1	8		
6	55	30	


relinquitur Longitudo novæ stellæ in 6 gr. 55/30// ♉ & Latitudo 53 gr. 45/ Borea; ubi Longitudo à priore per sesquiminutum saltem differt, Latitudo verò eadem manet. Tychonis calculus in Longitudine 6 minutis adhuc abundat: Verùm hæc differentia in tali negotio perexigua censenda est, & facilè obrepere potuit in perplexo sinuum calculo.

PROBLEMA XII.

12. *LOcum ignoti Sideris respectu Eclipticæ quoad Longum & Latum per lineas à quatuor aliis stellis secundum Longitudinem ac Latitudinem notis in transversum ductas, hocq; sidus in mutuo contactu intercipientes, demonstrare.*

Accidit quandoq; ut Cometa, vel nova aliqua stella, vel etiam Planeta, à quatuor fixis deducendo circulum magnum per eas & ignotum sidus in mutuo contactus puncto intercipiatur: Id quod vel adminiculo Regulæ, vel fili extensi oculoq; admoti explorari poterit. Quotiescunq; igitur hoc fit, toties solius calculi Trigonometrici beneficio Longitudo ac Latitudo ignoti sideris quamproximè investigari poterunt. Advertendum autem est diligenter, ut notæ stellæ cum ignota in uno recto tramite præcisè coincidat, & ut correctiora fixarum loca constent, alioquin facilè à vero loco sideris aberrabitur.

Ad illustrandum hoc problema assumam demonstrationem M. Michaelis Mœstlini, quâ ille in locum verum novæ stellæ ad annum Christi 1572 effulgentis provenit, quamq; Braheus *lib. 1. progymn pag. 550.* ex eodem repetiit & ad sua correcta affixarum loca revocavit, ita ut infra sextantem gradus veram novæ stellæ Longitudinem ac Latitudinem citra operosum instrumentorum apparatum assecutus fuerit. Quamobrem consideretur subjectum Schema à præfato Mœstlino ita accuratè delineatum



In hoc Schemate sit H polus Boreus Eclipticæ, F G portio Signiferi præsenti instituto sufficiens, in cuius medio interlabatur E nova Stella, cũ & ex polo Boreo H demittantur circumferentiæ ad quatuor fixas, quarum loca secundum Tychonicam restitutionem ad annum 1572. ita sese habent:

Longitudo.	Latitudo.
A. Quinta Stella Cassiopeæ, quæ genu dicitur, gr. 11 m. 57. ♉.	gr. 46. m. 22.
B. Octava Cephei, quæ aliàs est sinistrum brachium eius gr. 27. min. 35½ ♈.	gr. 62. m. 35½
C. Duodecima Cassiopeæ seu Lucida Cathedræ gr. 29 min. 11½ ♈.	gr. 51. m. 14½
D. Vigesima Ursæ majoris, vel in lucido pede Ursæ, gr. 13. min. 34 ♌.	gr. 29. m. 51½

Porrò duæ circumferentiæ H B & H C descendant in I & K: continuentur etiam D C & B A in puncto Zodiaci F & G. Tandem ex E ducatur E L ad rectos ipsi F G.

Praxis solvendi Triangula, quæ ad pervestigandum Latus L E & E L adeoque Longitudinem ac Latitudinem novæ Stellæ indagandam requiruntur:

I. In Triangulo BHA data sunt: B H Complementum Latitudin. sinistri brachii Cephei, quod est gr. 27. min. 24. sec. 30.

HA complementum Latitudinis genu Cassiopeæ gr. 43. min. 38.

BHA. differentia Longitudinis utriusque graduum 14. min. 26. sec. 30. Non igitur *per casum 3. cap. 7.* ignorari poterit Latus BA gr. 18. min. 30. sec. 34.

II. In eodem Triangulo pro HBA datis omnibus Lateribus, datur quoque *per Casum 1. cap. 7.* angulus HBA grad. 146. min. 27. sec. 20. Quo rejecto è duobus rectis, h. e. semicirculo, notus habetur angulus in Triangulo BGI ad B, 33 gr. 32 min. 40 sec.

III. In Orthogonio BIG pro angulo BGI & Latere GI dantur BI gr. 62 min. 35. sec. 30. Latitudo sinistri brachii Cephei.

IBG Angulus modò inventus 33 gr. 32 min 40 sec.

I, Angulus rectus.

Ergo per *Casum 3. cap. 6.* invenitur angulus BGI 75 gr. 15 min. 50 sec. Et per *Casum 6. cap. 6.* ex iisdem datis elicitur Latus GI 30 gr. 28 min. 47 secund. quâ portione additâ ad Longitudinem Stellæ Cephei in I, emergit Longitudo puncti G 27 gr. 59 min. 17 sec. ♉.

IV. Dehinc in Triangulo CHD *δεδόμενα* sunt pro DC & HCD:

HC 58 gr. 45 min. 30 sec. Complementum Latitud. Lucidæ Cathedræ.

HD 60 gr. 8 min. 30″. Complem. Latit. sinistri pedis Ursæ majoris.

CHD 164 gr. 22 min. 30 sec. differentia Longitudin. harum Stellarum.

Ergo datur { Latus DC 75 gr. 19 min. 10 sec. *per casum 3. cap. 7.*
HCD, 60 gr. 16 min. 52 sec. *per casum 1. cap. 7.* }

V. In Orthogonio CFK pro angulo ad F & Latere FK inventa sunt
KC 51 gr. 14 min. 30 sec. Latitudo lucidæ Cathedræ.

FCK gr. 60. min. 16. sec. 52. Angulus æqualis verticali suo HCD jam pervestigato.

K rectus 90 graduum.

Ergo per *casum 3. cap. 6.* producitur Angulus CFK 57 grad. 3 min. 53 sec. & per *casum 6. cap. 6.* innotescit etiam Latus FK 53 gr. 47 min. 44 sec. Quod subductum à Longitudine loci K respondente loco stellæ in Cathedra Cassiopeæ,

Gr.	Min.	Sec.	
389	11	30	Longitudo lucidæ Cassiopeæ à o ♈ adjecto integro circulo.
53	47	44	Latus FK.
335	23	46	

Relinquit

Relinquit Longitudinem puncti F à principio Æquinoctii Verni numerati in 5 gr. 23/46//X.

Deinde si hæc conquisita Longitudo à prius invento loco in G subducatur, reliquus erit arcus FG

Gr.	Min.	Sec.	
417	59	17	Longitudo puncti G supra in Triang. 3 inventa.
335	23	46	Longitudo puncti F.
82	35	31	Latus adjacens FG.

VI. In Triangulo FEG nota sunt:

1. Angulus G 75 gr. 15 min. 50 sec.
2. Angulus F 57 gr. 3 min. 53 sec.
3 Latus FG 82 gr. 35 min. 31 sec.

Proinde datur Latus EF per *casum 11. & 12. cap. 7.* grad. 73. minut. 39. sec. 14.

VII. Tandem in Rectangulo FEL pro LE & FL investigata sunt:

EFL gr. 57 min. 3 sec. 53.
EF gr. 73 min. 39 sec. 14.
FLE Rectus.

Itaq; per *casum 1. cap. 6.* manifestatur Latus LE 53 gr. 38 min. 42 sec. Latitudinem novæ Stellæ exhibens. Insuper per *casum 8 eiusd. cap.* datur quoque Latus FL 61 gr. 39 min. 16 sec. Quocirca Latus FL differentia Longitudinis Stellæ novæ à puncto F addita Longitudini puncti F antea inventæ ostendit Longitudinem novæ Stellæ quæsitam.

Gr.	Min.	Sec.	
335	23	46	Longitudo puncti F
61	39	16	
397	3	2	Abjecto igitur Integro circulo, remanet Longitudo novæ stellæ in Signifero, apud 7 gr. 3 min. ♉ cum Latitudine 53 gr. 39 min. Borea.

Atq; hoc pacto in Longitudinem ac Latitudinem novi Sideris perventum est, à prioribus locis non adeo multum diversam, utpote qui Longitudinem novi jubaris ad 8 scrupula saltem excedit, in Latitudine verò 6 scrupula deficiunt: quæ differentia est perexigua, & inde oritur, quod hæ stellæ non satis exactè ac in debito puncto cum nova Stella coinciderint. Nam quò exactius est mutui illud punctum contactus in transversum ductum, eò exactior quoq; proveniet Longitudo ac Latitudo ignoti Sideris.

PROBLEMA XIII.

DAtam Altitudinis Lunæ Parallaxin ab Horizonte, in Parallaxin Longitudinis & Latitudinis distribuere.

Si Phœnomenon aliquod in sublimi positum non tantùm è superficie terræ, verùm etiam ex centro eius conspici posset, certum est, quod non eundem utrobiq; monstraret locum; siquidem hæ duæ lineæ visuales ex centro & superficie terræ ductæ, diversitatem aliquam aspectus afferrent. Cum igitur nos cœlum & citimum nobis Planetam Lunam ex superficie terræ intueamur, hinc aspectus inter superficiem & cētrum Terræ diversitas (quam Parallaxin Græci vocant) oritur, ita ut Luna antequam ad nonagesimum Eclipticæ gradum perveniat, semper ob hanc depressior quàm revera est, conspiciatur: & is angulus quò major fuerit eò res visa terris propinquior est, quò verò minor, eò remotior est ab illa: Nam propinquitas Sideris ad centrum terræ Parallaxin efficit.

Quando igitur Parallaxis alicuius Phœnomeni est sensibilis, tunc quoque distantia eius à tellure, & magnitudo ἀποδεικτικῶς inde deduci queunt; sicuti modum huius rei diligenter inculcarunt Regiomontanus, *in Problem suis sedecim, de Cometæ magnitudine, & de loco eius vero*, quæ observationibus siderum Hassiacis annexæ sunt, & illustrantur à Tychone, *lib. 2 progymnasm. à pag. 144 ad 158.* Thaddæus Hagecius, *in Dialexi renovata Diggesei*, ex qua hāc doctrinam repetiit Braheus, in *lib 1. Progymnasm. à pag. 664 ad pag. 671.* & Christianus S. Longim. *lib 2. Sphæricor. cap 10. Problem. 1. & seqq.* quos Astronomiæ Studiosi consulant.

Cæterùm cùm in Luna omnium maximè notabilis Parallaxeos ratio, quia hæc terris proxima ad eius semidiametrum, valde perceptibilem aspectus inter superficiem & centrum terræ diversitatem obtineat, adeo ut Parallaxes integro gradu majores quandoq; admittat, quæ in Solaribus Eclipsibus ad inveniendum intervallum inter veram ac visam Conjunctionem cognitu sunt necessaria: idcirco hic succinctum modum rectè distribuendi Parallaxes Lunæ secundum Longitudinem ac Latitudinem proponam, præsertim cùm non sim nescius, sæpe ob difficultatem enucleandi Parallaxes hanc nobilem Astronomiæ partem à multis negligi.

gligi. Diversi quidem artifices antehac aliis atq; aliis compendiis Astrophilos juvare voluerunt: Ptolemæus, *lib.6. Operis magni*, ubi tradit, quomodo Conjunctio Luminarium visibilis definienda sit, delineationem varietatum, quæ fit in Parallaxibus reliquit. Reinholdus *in Tabulis Pruten.* complures Tabulas Parallaxis seu differentiæ aspectus ad diversas Latitudines locorum construxit, quibus Astronomiæ Studiosum levare voluit. Verùm ingeniosorum operâ in parte proportionali investiganda nimis fatigavit: idcirco nobiliss. Tycho, *lib. 2. Progymnasm. pag. 37.* & *lib. 1. Progymnasm. pag. 133.* Astronomiæ Studiosos ad Triangula revocavit, quæ hoc in loco etiam Copernicus, *lib. 4. Revolutionum cœlestium, cap. 26.* commendat. Quamobrem operæ precium me facturum spero, si simplicem & planam aliquam viam aperuero, citra ambages in Parallaxin Longitudinis & Latitudinis circiter Conjunctionis Eclipticæ tempus cum Sole pervenire liceat. Proinde requiritur ad hunc calculum rectè instituendum Altitudo Luminarium ab Horizonte, & Angulus Eclipticæ cum verticali, nec non Parallaxis Altitudinis ☽æ à ☉e. Sine diagrammate autem, ut brevitati studeamus, atque hanc sectionem contrahamus, hoc negotium pertractabimus. Primùm angulus Eclipticæ cum verticali innotescit ex dato angulo Eclipticæ & Horizonti, nec non distantia ☉is à puncto Orientis vel Occidentis. Exempli gr. Sit per *Problema quartum* inventus Angulus Eclipticæ & Horizontis 4 gr. 58 / & distantia ☉is à puncto Occidentis 20 gr. 9 /: Hinc igitur *per casum 2. cap. 6.* conquiritur angulus Eclipticæ cum Verticali 49 gr. 49 min. Jam restat arctior Triangulus Rectangulus solvendus, qui ob crurum brevitatem, quasi esset Rectilineus, citra sensibilem differentiam tractari potest: Nam maximùm eius Latus vix unum exæquat gradum. Dato igitur uno angulo Eclipticæ cum Verticali præter Rectum, datur quoq; Angulus alter & Latus angulo oppositum, quo Parallaxis Altitudinis comprehenditur, quæ 1 gr. seu 60 min. æstimatur: Hinc etiam dantur Sinus Recti reliquorum angulorum in ea proportione, qua 60. minuta Radio seu integro sinui respondent, præsertim cùm ☽a in Eclipsibus ☉aribus nunquam sesquigradum excedat Parallaxis Altitudinis ☽æ & Solis ex peculiaribus Tabulis *Sectioni 2. huius Pædiæ* insertis desumitur. Quapropter, si Logarithmum Anguli Eclipticæ cum Verticali addideris Logarithmo Parallaxeos Altitudinis ☽æ à ☉e, quasi Scrupula prima ac secunda essent gradus ac minuta, tunc emerget Logarithmus Parallaxis Latitudinis ☽æ. Rursus, si Anti-

 logarith-

logarithmum Anguli Eclipticæ cum Verticali Log–o eius Parallaxis Altitudinis ☽æ adjeceris, obtinebis Logarithmum Parallaxis Longitudinis Lunæ.

Praxis.

18985 Log–us Parallaxis Altit. ☽ à ☉ in 55. 48/ assumtus, quasi est
26908 Log–us Anguli Eclipt. & Vertic. 49 gr. 49/. (sent gradus.

45893 Log–us 39 gr. 12 min.

Parallaxis igitur Latitudinis ☽æ est 39 / 12 //. Pro gradibus enim minuta, & pro Scrupulis primis secunda substituo.

18985
43814 Antilog–us anguli Ecl. & Vert.

62799 Log–us 32 gr. 15/.

Ergo Parallaxis Longitudinis ☽æ datur 32/15//.

Alius adhuc modus sequetur in altera sectione huius Pædiæ, ubi agetur de Eclipsigraphia. Et qui uberiorem huius rei demonstrationem requirit, illum præter autores præfatos, jubeo adire *lib. 12. primi Mobilis* Magini, ubi diversos inveniet modos cum demonstratione & figuratione Sphærica competente explorandi Parallaxin Longitudinis & Latitudinis, & *cap. 9. Astronomiæ partis opticæ* Keppleri, *seu Paralipom. ad Vitellionem*, ubi novam ex hisce fundamentis extruxit Tabulam Parallacticam, quæ investigationi Parallaxis Longitudinis ac Latitudinis ☽æ deservit. Verùm Astrophilus æquè citò per hoc compendium, atque per istam Tabulam, Parallaxin Altitudinis ☽æ, secundum Longitudinem ac Latitudinem, distribuere poterit.

PROBLEMA XIV.

Crepusculorum magnitudinem in quavis Sphæra obliqua indagare.

Petrus Nonius, Lusitanus, celebris superioris ætatis Mathematicus, eruditissimum librum de crepusculis, in quo ferè omnia, quæ de crepusculis dici possunt, ex *Albazeni*, & intimis Matheseos atque Optices penetralibus accuratè tractata & demonstrata sunt, vulgavit. Ex hoc autore complures Mathematici suas propositiones de Crepusculis desum-

desumserunt, inter quos etiam inveniuntur *D. Ambrosius Rhodius*, & *Christophorus Clavius*: nam ille Propositionibus 18. suæ Opticæ annexis, hic verò in suo commentario ad *caput 3. Sphæræ Io. de Sacrobosco*, quatuor atque viginti propositionibus materiam de crepusculis scitu necessariam complexus est. Qui igitur in hac pulcherrima de Crepusculis scientia aliquid proficere gestit, ille hosce perlustret autores, quibus & *Io. Keppleri Optica paralipomena* addi possunt. Nos quidem omnes propositionum casus ad calculum Logarithmorum revocare possemus: at quia nimiùm hæc Pædia excresceret; idcirco tantùm hîc maximè utile Problema, de magnitudine Crepusculorum in horizonte obliquo agens, enucleabimus. Ita igitur hoc secundum placita Nonii & calculum Logarithmorum expediri potest. Cùm crepusculum sit lux dubia, quæ ante ortum Solis & post eius occasum incipit, ideoq; sciendum est, quod quando Sol, secundum communem opticorum sententiam, gradibus octodecim infra Horizontem deprimitur, pars aeris à vaporibus tunc condensata per Solis radios illuminetur, atque ad quantitatem huius moræ crepusculum efficiatur. Proinde primùm hîc tenenda est profunditas ☉lis infra Finitorem, quæ constituitur 18 graduum Deinde quoque inclinatio Æquatoris ad Horizontem seu Altitudo Æquatoris noscenda est; deniq; locus ☉is eiusque Declinatio: hæc enim tria præcognita constituunt triplex latus & Triangulum Sphæricum Obliquangulum, quod *per casum* 1. *cap.* 7. solvendum est. Angulus, qui prodit, constat ex arcu semidiurno, & arcu quantitatis crepusculi in signis borealibus: quocirca arcu semidiurno ☉lis (qui per *problema* 2. elicitur) ab eo subtracto, relinquitur arcus crepusculi, isq; per *Tabulam part.* 1. *Pædiæ, sub lit. G.* in tempus conversus ostendit Longitudinem Crepusculi, cuius principium provenit, si hanc Longitudinem à tempore ortus Solis subtraxero: Nam residuum initium diluculi matutini exhibet: eadem quoq; Longitudo addita tempori occasus Solis finem crepusculi vespertini manifestat. Exemplis res fiet illustrior. Hoc mense Martio anni 1635. quo hæc scribo, solenne Paschæ festum incidit in diem 29 Martij, quo Sol sub auroram est in 18 gradu ♈ ferè, & Declinatio eius Borea per *problema* 1. invenitur 7 gr. 5 min. proximè: per *problema* verò *secundum* differentia Ascensionalis 9. gr. 40. min. & arcus semidiurnus 99. gr. 40 min. tempusq; ortus Solis circiter horam 5 min. 19 sec. 20. Proinde tria dantur, ex quibus magnitudo Crepusculi in signo hoc Boreali & Sphæra nostra obliqua pervestigari potest I. 36 gr. 30/. Inclinatio Horizontis ad Æquatorē seu distantia polorum, II. 82 gr. 55/ Complementum Declinat.

clinat. ☉ in 18 gr. ♈. III. 108 gr. 0/ excessus depressionis Solis sub Horizonte. Ergo per *casum* 1. *cap.* 7. datur Angulus & arcus Crepusculi cum arcu Semidiurno ☉ complicatus 133 gr. 44/40//. A quo arcus Semidiurnus antè inventus subductus relinquit arcum crepusculi 34 gr. 4/40//. qui dat 2 horas, 16 min. 19 secunda; atque ita principium Crepusculi matutini cadet in 3 hor. & 3 min. post mediam noctem. Porrò in signis Australibus eadem retinentur Latera, nisi quod Tertium efficiat Complementum Arcus depressionis ☉lis sub Horizontem, quod hîc est 72 grad. 0 minut. quodq; angulus, qui provenit, in tempus conversus statim indigitet principium diluculi matutini, idemq; tempus à duodecim horis subtractum finem diluculi vespertini significet, ita ut facilior sit modus inveniendi Longitud. Crepusculi in Australibus, quàm Septentrionalibus signis. Ponatur enim e. g. locus ☉lis in 2 gr. ♓. cuius affertur Declinatio 10 gr. 48/ Australis, atque ita constant tria latera; 1. distantia polorum 36° 30. 2. Complem. Decl. ☉ in 2 gr. ♓ 79 gr. 12/. 3. Complementum depressionis ☉lis sub Horizontem 72 gr. Hinc prodit angulus quæsitus & arcus Crepusculi matutini 74 gr. 16/20//. qui efficit 4 hor. 57/. ita ut circa hoc tempus manè die 10 Febr. incipiat crepusculum. Idem tempus 12 horis demptum, relinquit 7 horas & 3 min. quo tempore pomeridiano desinit crepusculum vespertinum. Atque hoc modo in partibus Sphæræ obliquæ Longitudo crepusculi extra signa Æquinoctialia indagari potest. Facilior autem est operatio, Sole signum Æquinoctiale, vel 0 ♈. vel 0 ♎ occupante: quando enim tunc Logarithmus distantiæ polorum à Logarithmo arcus profunditatis ☉ sub Horizonte subtrahitur, fit residuus Logarithmus Arcus horarii Crepusculi.

E. g. 117436 Log—us 18 gr. profunditatis Horizontis.
51949 Log—us distantiæ polorum.
65487 Log—us 31 gr. 18/. qui dat 2 horas & 5 minuta Longitudinem Crepusculorum, circa diem Æquinoctii verni & autumnalis in Horizonte Stetinensi.

Ex hisce principiis etiam patet, quod quando Sol appropinquat signo ♊ & in Tropico ♋ versatur, usq; dum signum ♌ perambulaverit, totâ nocte claritas crepusculi apud nos deprehendatur, & nunquam id desinat, ob quam causam etiam ☿ apud nos æstivis diebus ægrè videri potest, nimirum ob nimis diuturnam crepusculorum claritatem: contrà verò autumno inclinante & hiemis tempore ob brevitatem crepusculorum


lorum sub aspectum cadet,&à nobis cœlo sereno observari potest. Et tantùm de hoc nobili problemate.

PROBLEMA XV.

ARcus horarios tàm in Horizontis plano quam in Verticali circulo ad quamvis Regionum Latitudinem supputare; & utrinque ad horum numerorum intervalla Solaria cum horarum indice convenienter componere ac collocare.

Suprà, *in problemat. 8.* modum, quo data Gnomonis & umbræ mensura altitudo Solis nec non tempus horarium eliciuntur ostendi: in hoc autem exponam rationem, quâ Sciatherica communia tam Horizontalia quàm verticalia seu muralia, rectè ex doctrina Triangulorum formanda sint. Nam in Gnomonica præstant Solaria, & in his sciatherica communia, ubi Stylus axi mundano debet esse conformis: Lineæ verò horariæ sunt circulorum horariorum per vicesimas quartas partes Æquatoris, & utrumque Mundi polum incidentium sectiones, cum plano dato communes. In utroque autem Horologiorum sufficit unum tantummodò Quadrantem supputasse: nam alter eodem modo distribuitur. Cuilibet verò horæ intervallo 15 gradus competunt, qui tam in Horizontali quam Verticali Sciatherico ad spacia singularum horarum pervestiganda sunt attendendi.

Itaque primùm ad investigandum arcum Horizontalem, pro hora 11. antemeridiana & 1. pomeridiana, in Triangulo Rectangulo Sphærico dantur 15 gradus ex hypothesi: angulus alter 36 gr. 30/. utpote Æquatoris in nostro loco inclinatio ad Horizontem: Tertius angulus autem est Rectus. Ergo per *casum 10. cap. 6* invenitur Latus adjacens, quod arcum Horizontalem horæ undecimæ antemeridianæ & primæ pomeridianæ respondentem præbet.



131696 + Meſolog—us 15 gr. intervallum uni horæ à meridie congruum. (30 min.

21833 Antilog—us Altitud. Æquatoris Stetinenſis 36 grad.

153529 + Meſologus lateris quæſiti 12 gr. 9/. quæ diſtantia eſt horæ 11. ante meridiem, & 1. poſt meridiem arcus quæſitus.

Porrò eodem modo ſuppoſito arcu pro duabus hor. 30 gr. ex hypotheſi & priore angulo retento provenit intervallum pro duabus horis

54931 + Meſolog—us 30 gr. pro 2 horis.

21833 Antilog—us Altit. Æquator.

76764 + Meſolog. 24 gr. 54/ & tantus eſt arcus Horizontalis deſideratus pro hora 10 antemerid. & 2 pomeridiana. Et ſic in cæteris ſingulis vicibus arcum Æquatoris inter Meridianum & Ortum aut Occaſum interceptum addendo 15. gradus eſt progrediendum, ad abſolvendum integrum Quadrantem arcuum Horizontalium.

Cæterùm cum volueris Arcum Horarium Circuli Verticalis inter Meridianum & datum quemlibet horarium circulum comprehenſum in Sciatherico verticali dinumerare, eodem modo illum, ut antè, invenire poteris, ſi ſcilicet pro altero angulo Altitudinis Æquatoris ipſam poli Elevationem quæ eſt 53 gr. 30/ aſſumas: nam demonſtratio intra idem Orthogonium *caſu 10. cap. 6.* continetur. Retentis enim in Verticali ſeu murali Horologio 30 gr. duabus horis reſpondentib. prodibit interſtitium horarium pro hora 10. antemerid. & 2 pomerid. in Solari Verticali.

54931 + Meſolog—us 30 gr.

51949 Antilog—us ſublimitatis poli Stetinenſis 53/30//.

106880 + Meſologus arcus pro 10 h. ant. & 2 pom. 18 gr. 57 min.

canunt. Primùm autem quod Lunæ Eclipsim attinet, cùm Sol sit multo major terra, necesse est, ut demonstrat Vitellio, *lib. 2. Optic. proposit 27* plus medietate à Sole illuminari, & propterea umbrã terræ similem esse cono seu turbini, cujus vertex à superficie viæ Regiæ ☉ seu Eclipticæ nũquam recedit, semperq; est Soli oppositus, cùm terra sit in centro Eclipticæ, tanquam in centro totius mundi. Quando igitur fit Plenilunium, Sol ac Luna exsistunt in gradibus per diametr. oppositis, Luna verò non semper est sub Ecliptica, nisi quando fuerit in ☊ vel ☋. Quamobrem tunc Luna hoc extraordinarium Luminis damnum incurrit, quando Nodi, h. e. ☊ & ☋, orbitam Lunæ cum orbita Solis connectunt: tunc enim Sol, terra, & Luna, sunt in eadem linea recta, & Terra est interposita inter Luminaria, ita ut Luna stet in plaga in quam umbra Terræ vergit. Hinc Eclipsis Lunæ, à Philosopho, *lib. 8. Metaphysic. cap. 6.* rectè definitur, quod sit στέρησις τοῦ φωτὸς ἐν σελήνῃ ὑπὸ τῆς γῆς ἐν μέσῳ γιγνομένης: h. e. *privatio luminis in Luna orta à diametrali Terræ inter Solem & Lunam oppositione.* De hac etiam agunt Macrob. *in lib. 1. Somn. Scipion. cap.* 14. Cicero, *lib. 2. de divinatione,* Laertius, *lib. 7. in*

Zenone, Damascenus, *de fide orthodox. lib. 2. cap. 7.* Beda, *in elementis Philoso-phiæ, lib. 2.* Lucanus quoque, *lib. 1. Pharsalid.* caussam Eclipsis Lunaris indicat:

---- ---- cornuque coacto
Jam Phœbe toto fratrem cùm redderet orbe,
Terrarum subita percussa expalluit umbra.

Tota igitur Luna in hæmisphærio obscurabitur, quoties lumine plena Soli exactè opponitur in capite vel cauda Draconis: nam tunc tota Luna in longiorem crassioremq; Terræ umbram immergitur: quippe cum Luna alieno, id est Solis lumine, luceat, idcirco interpositus globi terren. Solis radios intercipiens sua umbra & densitate prohibet, ne in corpus Lunare transmitti queant. Particulam a. Lunæ saltem obtenebrari necesse est, quando illa quidem in plenilunio prope caput vel caudam Draconis inventa fuerit, distantia tamen Lunæ ab Ecliptica quæ & Latitudo vera ☽ seu arcus Latitudinis ☽ dicitur, semper minor est aggregato semidiametrorum umbræ & Lunæ, & major semidiametro umbræ per se sumto: ita enim umbra terræ aliquam duntaxat Lunæ partem tegit. At quærat aliquis, cur non quolibet mense Eclipsis Lunæ contingat, cùm tamen quolibet mense oppositio Luminarium fiat? Ad quod Astronomi respondent, quod, cùm non omnis Oppositio locorum Solis & Lunæ sit vera & exacta ipsorum in Ecliptica oppositio, cumq; Luna non perpetuò sub Ecliptica versetur, nisi in partibus anni oppositis, sive in spacio 5. vel 6 mensium, ubi eodem redit & nodis appropinquat; idcircò non Luna, nisi attigerit hanc Solis orbitam, quolibet plenilunio de lumine periclitatur: siquidem illa in multis pleniluniis ad Latitudinem in utraque mundi latera versus Septentrionem atq; Meridiem excurrit: hinc quando hæc Latitudo major est, quàm summa ex Semidiametris tàm Lunæ quàm umbræ confecta, semper est extra periculum amissionis Luminis sui: qua de re paulò post pluribus agetur.

Porrò quando Luna in interlunio cum Sole conjuncta fuerit, extiteritque vel in capite vel cauda Draconis, vel intra metas Eclipsis, tunc ea collocata intra Solem & visum nostrum sua soliditate & densitate radios Solis spargi, & in nonnullas terræ partes pertingere prohibet. Tunc hæc exclusio vel aversio radiorum Solis veram & naturalem ejus defectum inducit, vel totalem vel partialem. Unde definitur Eclipsis Solaris, *quod [illegible] interceptio Luminis Solaris profecta ex interpositu Lunæ inter Solem atq; aspectum nostrum.* Hinc Suidas in ἐκλείψεως rectè scribit: ἡ τοῦ ἡλίου ἔκλειψις ἐπιπρ[illegible]
μου

μένου ὑπὸ τῆς σελήνης γίνεται: hoc est: *Solis Eclipsis fit, quando Luna in ipsum incurrit.*

Itaq; magnum discrimen est inter Eclipsin Solis & Lunæ: Nam Elipsis Lunæ universalis est in toto hæmisphærio, ubi Luna videri potest, nec Sol præsens est: Solis verò Eclipsis nequaquam universalis est: sed potest esse Eclipsis Solis in uno Climate, in alio verò non; imò in uno major, & in altero minor: quia Eclipsis Solis dependet à parallaxi Latitudinis Lunæ, quæ diversa est in diversis climatibus: sicut postea id à nobis ostendetur: In Lunari verò Eclipsi hæc non attenditur; etenim ea in omni climate semper est sibi similis. Quemadmodum autem Eclipsis Lunæ non fit in quolibet plenilunio, ita nec Solis defectus in omni interlunio contingit; sed tunc saltem, quando nodo est proximum, quod fit omnibus ferè semestribus, & intra spacium unius anni Luna in plenilunio, Sol in novilunio deficere potest, sed defectu minimo. Fieri etiam potest, ut duo interlunia nodis proxima, & ferè centralia, unius semestris intervallo accidãt: unum quidem ante Solis Apogæum; alterum post illud: quo casu intra totum Annum Lunarem nullum cõtinget plenilunium Eclipticum. Sic & omne plenilunium Eclipticum nodis non proximè vicinum sequitur proximum interlunium Eclipticum. Deniq; omnibus propè annis Lunaribus simplicibus (quarum Longitudo 354 diebus circumscribitur) vel duæ, vel etiam tres Solis Eclipses; Lunæ verò vel nulla, vel una, vel duæ contingunt, & sic in universum vel duæ, vel tres, vel quinq; Eclipses. Interdum etiam potest accedere sexta in anno Solari, qui constat 365. diebus, quando scilicet Eclipses initio anni ingruunt. Reditus quoq; ad sua principia in Eclipsibus Lunaribus evidens est, & agnoscit periodum annorum 18. Lunarium completorum, ita ut ad unum Cyclum ☽ sit residuus verus annus Lunaris simplex, quippe post revolutionem tot annorum fit, ut non multùm diversæ redeant & conspiciantur Eclipses Lunæ, decem tamen Zodiaci gradibus loco anteriori. In Eclipsibus verò Solaribus, ob multa principia dissona nec concurrentia, non potest iniri ulla exacta annorum redeuntium revolutio. Interdum quidem fit, ut duo Solis defectus satis præcisè enneadecaëterida, hoc est, cyclum decennovennalem impleant, ut factum anno Christi an. 1579. & 1598. ubi die 25. Februarii utrobique magna Solis Eclipsis fuit. At talis reditus in simili annorum periodo, ob interventum aliarum caussarum, non expectandus erit.

Antequam autem Philosophi longa experientia & rationibus caus-

 sam de-

ſam defectuum Luminarium didiciſſent, docuiſſent, & prædixiſſent, imperita multitudo utplurimum obſcurationibus præſtantiſſimorum Solis & Lunæ ſiderum conturbata fuit, præſertim gentiles, qui exiſtimarunt, ob Deorum iram hujuſmodi Eclipſes accidere, vel crediderunt, veneficas & ſagas magicis artibus & incantationibus Lunam cœlo deducere & Solis curſum inhibere: quo diverſi Poëtæ reſpiciunt. Virgilius, *Eclog. 8. v. 96.*

Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam.

Propertius, *lib. 1. ad Tullum*:

At vos deductæ quibus eſt fallacia Lunæ, &c.

Et maga quædam apud Petron. Arbitrum Satyricum *pag. 887.* ita can..

--- --- --- Lunæ deſcendit imago

Carminibus deducta meis.

Plura loca parallela ex variis Poëtis adducta, vide apud Jo de la Cerda, ... *verſic. 69, Eclog. 8. Bucol. Virgilii*: & Paul. Merulam, *parte 1. lib. 2. cap. 27. Coſm*

Quoties igitur Luna ex naturalibus cauſſis deficiebat, inſenſati pagani, exiſtimantes eam languore diſſolvi, & triſtia ſuo luctu portendere pulſabant æra, quod antidotum habuerunt contra artes ſagarum, atq; ... diſſono aëris crepitu inanibuſq; vociferationibus Lunæ laboranti vo... bant ſubvenire, ejuſq; lumen revocare; ut videre eſt ap. Plutarch. *in Paul. Æmil. pag. m. 264.* & in tertia, *pag. 538.* ap. Livium *lib 26 & 44.* Plinium, ... *2. cap. 12.* Unde & multi Patres horum paganor. perverſam conſuetudi... reprehenderunt. Hinc Auguſtin. *lib. 3. de civit. Dei, cap. 15* hunc morem ... guit. Et autor, *de rectitudine Catholicæ converſationis*, apud eundem Auguſt... *tomo 9 pag. m. 384. lit. C.* ita ſcribit: *nullus, quando Luna obſcuratur, vociſe... præſumat. quia certis temporibus, Deo jubente, obſcuratur.* & Burchardus Wor... mat. Epiſcopus, *lib. 10. Decretal cap. 33.* & *lib. 19. de pœnitentia*, illis, qui ho... crepitus & immanes vociferationes exercent, duorum annorum pœni... tentiam impoſuit. Ita ſæpe ignoratio cauſſæ Eclipſium, vulgus homin... vel in ſuperſtitiones, vel etiam in pericula præcipitavit. Certè cauſſa ... gentis cladis in exercitu Athenienſium ad portum Syracuſanum fuit ... gnoratio cauſſæ defectus Lunæ, ut annotavit Diodorus Siculus, *lib 13. ... Bibliotheca, ſect. 12.* & cum Romani Duce Paulo Æmilio adverſus Per... cum Regem præliaturi eſſent, Sulpitius Galba prænunciato Lunæ de... liquio metu exercitum liberavit: verùm Macedones metu & horro... correpti, ſermoneque palam per multos ſparſo, caſum Regis eo portent... to oſtendi, ſuperati fuerunt à P. Æmilio, qua de re videatur Plutarch...

& Pli...

& Plinius, locis dictis, nec non Valer. Maximus, *lib. 8. cap. 11.* ut & Florus, *lib. 2. cap. 12.* Sed ut omissis antiquis id tantùm attingamus, quod superiore seculo accidit, & quod ex Indicarum navigationum scriptoribus recitant Leonhardus Coquæus, *in Comm. lib. 3. Augustini, de civit. Dei cap. 10. num. 3.* & Schröterus, *tomo altero histor. Geographic. pag. 523.* aliiq; complures; cùm Christophorus Columbus, in sua quarta & ultima in Indiam navigatione, auspiciis Ferdinandi Castiliæ Regis suscepta, ad Cubam sive Jamaicam Insulam in magna pericula apud Indos incidisset, in quæ eum defectiones aliorum nautarum conjecerant, eosq; irritatos non placare posset, prædixit Lunam sibi amicam intra biduum lumine privatum iri, eò quod incolæ jura hospitii violassent; cumq; eventus huic præsagio respondisset, barbari caussæ defectionis Lunæ ignari, ea ita territi sunt, ut cum Columbo non solùm in gratiam redierint, sed & jussa ejus fecerint, eumq; muneribus cumulatum cum pace dimiserint. Accidit autem hæc Eclipsis ☽, ut colligo ex tempore navigationis, anno Christi 1505. 1505
die 18. Februarii, feria 3. in $9\frac{1}{2}$ gr. ♓ & ♍ paulò post meridiem respectu nostri usualis temporis, quo tempore incolæ Cubæ Insulæ ferè mediam habuerunt noctem: siquidem illi per 11 horas & $\frac{1}{4}$. meridiano Uraniburgico sunt Orientaliores. Tu Astrophile, ex hisce Tabb. Ecclipsium hanc Eclipsin ad præfatum tempus supputare, atq; Longitudini loci 205 grad. respectu Uraniburgi, Latitudini verò Septentrionali 22 gr. accommodare non gravare: habes hîc in promptu apparatum Tabularum & præceptorum, ex quo rem ita sese habere certiùs cognosces.

Sciendum etiam hîc est, quod naturales ☉ Eclipses, diurnarum illarum ac prodigiosarum tenebrarum, quarũ exempla in historiis nonnunquã occurrunt, sint dissimiles: Hujusmodi enim tenebræ præter naturæ ordinem fiunt. Scribitur *Exodi c. 10.* quod in Ægypto sub Pharaone tenebris terra obscurata fuerit: Quippe hæ ad justam Dei iram meritò referuntur. Talis prodigiosa Eclipsis ☉ etiam accidit tempore passionis Christi, de qua apud Matthæum, cap. XXVII. 45. Marc. c. XV. 33. qui testantur, eam, pendente ab arbore crucis Christo, per trihorium durasse, Solemq; suam lucem amisisse: Nam eo tempore (sicut calculus Astronomicus, & retrò computata motuum cœlestium ratio docent) plenilunium fuit, unde natura in sui domini & creatoris morte, hanc pullam & atratam vestem super univer̃sam terram voluit induere, ut suum dolorem contestaretur. Harum prodigiosarum tenebrarum originem Kepplerus,

lib. 6. Epitom. Astron. pag 896. tres causas revocat. Prima est nobis proxima, quæ ad peculiaria terræ loca saltem restringenda est, & est densitas nubium ac nimborum, quæ copiosam nivem fundendo sæpe caliginem inducit. Interdum etiam sunt nubes avium aut cicadarum vel locustarum. Sic in vita Caroli IV. narratur, quod anno Christi 1329. magnus proventus locustarum in Bohemia exstiterit, ita ut præ copia aerem obscuraverint, adeo ut Sol videri non potuerit: Quando enim volârunt, densas quasi induxerunt nubes. Wolfius etiam *in centur 16. hist. memorabil.* narrat ex nonnullis historicis, quod anno 1545 in plurimis Europæ provinciis ingens locustarum multitudo subitò excita fuerit, quæ tàm denso agmine provolavit, ut Solis quoq; splendorem ab illis locis, quæ occuparunt, excluserint. Nubium quoq; densitatem radios Solis intercipere, & tenebras diei inferre posse experientia testatur. Anno proximo Christi 1633 mense Novembri, ita caliginosum per aliquot dies exstitit cælum, ut in Hollandia equi currum trahentes de die, præ obscuritate in vicinum littus maris inciderint, seq; ac vectores in præsens vitæ periculum conjecerint.

Altera causa est è terris proficiscens, ingens cinerum ex crateribus montium ardentium explosa quantitas: Quæ caussa plerumq; cum terræ motu, aut imbre lapidum, est complicata. Sic *fasti Siculi pag. 623.* referunt, quod anno Christi 223. ex tali caussa trium dierum tenebræ extiterint, & terræ motus ingens factus sit. Idem & accidit anno Christi 472 ubi Vesuvius mons intimis æstuans ignibus, exustam terram evomuit, & totam fere Europam tenebris ac minuto cinere operuit, si credimus Cedreno, pag. 289. Victori, atque Marcello, *in Chronicis* eorum Eusebio Jos. Scaligeri annexis, *pag. 3. & 32.* Ejusmodi Solis obscurationem à cineribus factam describunt etiam Dion Cassius *lib. 66.* Plinius, *lib. 3. Epistol. 5. & lib. 6. Epist. 16.* Svetonius, *in Tito, sect 8.* Aurelius Victor, *lib. 4.* Plutarchus, *in libello, de his qui serò à Deo puniuntur, pag. 566. lit. D.* Cedrenus, *in synopsi historiarum, num. 94.* Paulus Orosius, *lib 7. cap. 9.* Baronius, *ad annum Christi* 81 §. 3. *ad 5. usq.* Tale quid etiam anno Christi 1562 in Lusitania contigisse scribit Cornelius Gemma. Quandoq; hæc cum prima concurrere potest, præsertim sævientibus ventorum procellis, quæ aërem crassa & terrea quadam materia opplere, tenebrasq; inducere queunt.

Tertia caussa materia est fuliginosa ipsam Solis sedem obsidens & ejus radios obtundens, ita ut toti mundo Solem obfuscet. Talis pallor & languor

languor Solis haut dubiè fuit, qui circa cædem Julii Cæſaris accidit, & per complures dies duravit, de quo ita Plinius, *lib. 2. cap. 30.* ſcribit. Fiunt prodigioſi & longiores Solis defectus, qualis occiſo Dictatore Cæſare & Antoniano bello, totius pæne anni pallore continuo. Hujus etiam meminerunt Plutarchus, *in vita Jul. Cæſaris, pag. 741. lit. A.*

Virgilius, *lib. 1. Georgic.* inquiens:

Sed tibi ſigna dabit, Solem quis dicere falſum
Audeat? &c.

Ovidius, *lib. 15. metamorph. --Solis quoq; triſtis imago*
Lurida ſollicitis præbebat lumina terris.

Tibullus, *lib. 2. eleg. 5*

Ipſum etiam Solem defectum lumine vidit,
Jungere pallentes nubilus annus equos.

Nullam tamen Solis Eclipſim, qualem Servius Virgilii interpres, & alii nonnulli Scriptores opinantur, & ipſe Hervvartus ab Hohenburg, *cap. 145. ſuæ Chronologiæ, pag. 60,* anxiè quæſivit, accidiſſe teſtatur calculus Aſtronomicus. Cedrenus quoq;, *ſynopſi hiſtoriæ, num. 180. & hiſtoria miſcella, lib 22,* referunt, quod anno Chriſti 746. tenebræ caliginoſæ per aliquot dies extiterint. Annotavit etiam Cedrenus, quod anno ultimo conſtantini, fratris Leonis IV. Sol per ſeptendecim dies obſcuratus fuerit, nullos emittens radios, unde tantæ tenebræ ortæ fuerunt, ut naves quoque à curſu ſuo aberaverint. Sleidanus etiam, *lib. 19* narrat, ut & alii, quod anno Chriſti 1547. ſub menſe Aprili, quatriduo Sol triſtis & obſcurus per totam Germaniam, [& ut non nulli volunt, per Europam, & latius] apparuerit, ubi Joh. Fridericus Elector Saxoniæ à Carolo V. Imper. captus fuit Hanc cauſſam latè perſequitur Kepplerus, *in Opticis paralipomenis ad Vitellionem pag. 290. & lib. Epitom. Aſtron. pag. 56 & ſeqq.*

Ad prodigioſos hujusmodi Solis defectus videntur referenda eſſe non pauca Scripturæ loca, quibus tales cœleſtium corporum facies & quaſi mœrores ad vivum deſcribuntur, ut videre eſt apud Eſaiam, *cap. XIII 10* Ezechiel. *cap. XXXIII. 7. 8.* Joelem, *cap. II. 10, cap. III. 15.* & alibi.

At de talibus extraordinariis Solis tenebris hîc non agimus, ſed tantùm de naturalibus Solis Eclipſibus, quæ nullo alio tempore, niſi interlunii, ut & Eclipſibus Lunæ, quæ tempore plenilunii viſuntur agimus. Quicunq; igitur haſce naturales Solis Eclipſes, vel præteritas vel futuras,

 noſſe,

nosse, ostendere, & prænunciare desiderat; iste hìc habet compendium, modumq́; eas ex veris Astronomiæ fundamentis, observationibus Tychonicis superstructis, supputandi. Sethus quidem Calvisius, *in sua Isagoge Chronologica*, aliquam compendiosam formam Eclipses Luminarium ad calculos Astronomicos revocandi ostendit: Verùm cùm Tychonis tabulas in libro I. progymnasm suorum publicatas, quatuor saltem seculis deservientes, omnibus voluerit accomodare, in exacta temporis eclipsium designatione nonnihil hallucinatus est, præsertim in iis Eclipsibus, quæ superioribus millenariis acciderunt. Quamobrem ipse quidem hanc formam, ut optimam & expeditissimam, retinui, at restitut. motibus Luminarium Christiani Severini Longomontani, Nobilissimi Tychonis adjutoris, accommodavi, ita ut jam Tabulæ istæ in hac forma omnibus retrò seculis & futuris tutò applicari queant. Qualem verò calculus Eclipsium utilitatem præbeat, paulò antè nonnihil ostensum fuit, ipsarumq́ue scientia est unum adminiculum inquirendi locorum Longitudines, seu differentias Meridianorum, & perveniendi per Lunam, quasi per primam scalam, in magnum Planetarum & fixarum orbem, eorumq́; Altitudines à terra investigandi: Imò quantum usum Eclipses in Hydrographia, re nautica, & Geographia præstent, vix verbis satis exprimi potest. Itaq; quicunq; Philosophiæ Studiosus ad veritatem motus cœlestis Luminarium & reliquorum Planetarum vult pervenire, eamq́; infallibiliter probare, is se in Eclipsigraphia exerceat, ut tanquam per horridos Luminarium labores non saltem ad reliqua sidera, verùm etiam siderum Creatorem, ipsum Deum Opt. max. penetrare, eumq́ue etiam ex libro Naturæ cognoscere possit. Magna quidem hactenus difficultas, quæ sese circa rationem supputandi Eclipses, inprimis Solares, exseruit, multa ingenia deterrere potuit; At hìc plana & expedita ostenditur via, quam qui ingreditur facilè omnem rationem supputandi defectus utriusq́; Luminaris apprehendet. Conjungam autem modum supputandi Eclipses Lunares cum Solaribus, & sicubi diversitas occurrerit, breviter & luculenter ostendam.

CAPUT

CAPUT II.

De Ratione explorandi medium & verum tempus Conjunctionis & Oppositionis Luminarium, cum intervallo inter veram ac mediam Syzygiam, nec non modo indagandi verum locum Luminarium, & coæquatum motum Latitudinis ☽ ad tempus veræ Syzygiæ.

CUm Eclipses sint præstantissimus Thesaurus, non solùm in Astronomia, sed & Geographia, ad inquirendas ac discernendas locorum Longitudines, ut & in Chronologia, in qua indubitatos temporum characteres, à quibus infallibile eorum examen dependet, suppeditent: Iccirco nemo hoc ἄχανες ac vastum harum disciplinarum mare pernavigabit, nisi hac quasi Cynosura ac acu Magnetica instructus fuerit. Quocirca & nos hoc Ariadneum filum sequamur, ubi supponitur tempus medium & verum, nec non exactus locus Luminarium. Et quia Nobilissimus Tycho Brahe, priscorum seculorum observationes Eclipticas cum suis contulit, atq; etiam scientissimus Astronomiæ Magister Christianus S. Longomontanus, Tychonis συντεχνίτης, motum Luminarium ad omnia secula phænomenon Cælestium & Eclipsium observationibus accommodavit, & Dn Joh. Kepplerus, in hac quoq; palæstra egregiè subactus, nonnulla in Eclipsigraphia limitavit, adeo ut major præcisio vix sperari posse videatur: ideoq; harum vestigia audacter pressimus, & nostras Tabulas in compendium redactas, ad Canones horum artificum direximus & correximus, in quibus ad conquirendum tempus medium ac verum Syzygiarum Luminarium ita Astrophile feliciter versari poteris.

Ex prima Syzygiarum Luminarium Tabula sub lit A depromis tempus medium Novilunii, in annis completis, collectis & expansis, currentibus residuisq;, quod Festo Paschatis proximum est: Ubi primus numerus diem à Calendis Jan. in Calendario Juliano, sub lit. B. numeratum, secundus feriam, tertius horam à media nocte diei incipientem, cum horarum segmentis in minutis atq; secundis; quartus Cyclū ☉ qui in Tabula sub

lit. r. literam Dominicalem istius anni simul exhibet; quintus Cyclum ☽, qui terminum paschalem in Tabella A. docet, ostendit, quando scilicet anni expansi currentes superiùs, collecti verò inferiùs collocantur, hiq; ab illis subtrahuntur: sic enim relinquitur dies, feria, horarium tempus, Cyclus ☉ ac ☽, in quæ tempus medium interlunii Paschalis incidat. Si jam reliquorum quoq; mensium, novi- & plenilunia excerpere vis, necesse est, ut ex *Tabella A* tot dies & horas pro numero noviluniorum vel pleniluniorum, medio tempori Paschalis interlunii adjicias, quot novilunia & plenilunia in *Tabula A* ostenderint: Ita enim tempus medium desiderati novi- & plenilunii exactè in diebus, horis, & horarum minutis obtinebis Deinde ad idem tempus collige anomaliam Solis ex *Tabula* in annis expansis & collectis, atq; in numero dato noviluniorum ac pleniluniorum, in sexagenis, gradibus, minutis atq; secundis, ubi una sexagena duo efficit signa. Hosce autem numeros ordine sequentes contrario modo in unam conjicis summam, secundum additionem Logisticam: non autem subtrahis unum ab altero, sicut in Syzygiis fecisti. Postea etiam ad idem tempus *ex Tabula Anomaliæ ☽ris sub lit. H.* anomaliam Lunæ eruis, ut constet æqualis motus anomaliæ Solis ac Lunæ ad tempus Syzygiæ. Dehinc cum anomalia ☉ ac ☽ ex competentibus *Tabulis sub lit.* I. *&* K. æquationes Luminarium elice, ex quibus cognosces, utrum media ☌ vel ☍ veram, an verò Syzygia vera mediam præcedat? Nam utraq; prosthaphæresis seu Æquatio, tam ☉ quàm ☽æ, ejusdem speciei & denominationis, atq; [quod tamen raró fit] æqualis fuerit, tempus mediæ & veræ ☌ & ☍ in idem momentum incidit. Sin verò inæqualis, & Æquatio, quæ titulum Subtractionis habet, fuerit Solaris, tunc vera Syzygia præcedit mediam: Si verò Lunaris sit ablativa, tunc vera Syzygia sequitur mediam. Sed enim si ambæ Æquationes titulum subtractionis præ se tulerint, tunc respiciendum est ad majorem numerum Subtractionis & secundùm hunc, in ☉ vel ☽, pronunciandum. Si tandem ambæ Æquationes adjectivæ extiterint, tunc ea æquatio Luminaris subtractionis notam habet, quæ minor est numero, & secundum hanc, quasi ablativa esset, de tempore Syzygiæ pronunciandum. Deinde consule *Tab. Æquationis motus Lunaris ad anomaliam, sub lit. K* & motum inde horarium ☽ excerpe in minutis atq; secundis, quem seorsim asserva. Insuper etiam quando tituli Æquationum Luminarium diversi sunt, unus ablativus alter adjectivus, tunc utramq; Æquationem aggrega: Sin verò tituli Æquationem ☉ ac ☽æ ejusdem denominationis fuerint, tunc minorem a

majore

majore ſubtrahe, & hanc ſummam vel differentiam Æquationum per motum horarium Lunæ divide, ſic enim inter mediam & veram Syzygiam intervallum quam proximè proſiliet, quod nunquam horas quatuordecim excedit. Quod ſi hoc intervallum rectè aſſecutus fueris, tunc Longitudo ☽ à ☉ ad hoc intervallum ſumta cum ſumma vel differentia æquationis Luminarium planè eadem erit & coincidet; ſi verò hæc ab illa paululum diverſa erit, indicio eſt, in argumento nonnihil aberratum. Quamobrem conſidera, utrum Longitudo ☽ à ☉ minor ſit, quàm Æquationis Luminarium ſumma differentiáve, an vero Longitudo eadem major ſit: Adhæc inquire motum ☽ horarium verum ad anomaliam ☽æ primùm, poſt ad anomaliam Solis, juxta titulos aſſcriptos: Quo motu ☽æ correcto impetrato, habe eum loco diviſoris, & differentiam inter Longitudinem ☽ à ☉, & inter ſummam differentiámve Luminarium loco dividendi, quotus eſt tempus in priore caſu, ſi ſcilicet Longitudo ☽æ à ☉ minor eſt intervallo, addendum: in poſteriore verò caſu, nempe ſi Longitudo ☽æ à ☉ major erit, ſubtrahendum: ſic enim impetrabis intervallum exactiſſimum inter veram & mediam ☌ vel ☍ Luminarium, ubi & Longitudo ☽æ à ☉ ſummæ differentiæve Luminarium ſatis præciſè reſpondebit. Aſſervetur autem hic motus horarius ☽æ: Quia ille eſt verus motus horarius, qui poſtmodum in Eclipſibus Solaribus etiam requiritur ad indagandum tempus viſibilis ☌ ☉ ☽, ſicut poſtea ſequetur.

Ad hoc tempus veræ ☌ vel ☍ Luminarium excerpatur Anomalia Æquinoctiorum, Motus Longitudinis ☉, & Motus Latitudinis ☽, quo ſpectant *Tabula ſub* A E *&* Θ: per anomaliam Æquinoctiorum ex *Tabula* M eruatur Æquatio Æquinoctiorum, juxta monitum literarum vel addenda, vel adimenda medio motui ☉, ut prodeat ſimplex Longitudo ☉ à vero Æquinoctio: Quin & per competentem Anomaliam Solis ex *Tabula* I, Æquatio Solis excerpatur, quæ itidem juxta indicationem ſubtractionis vel additionis addatur ſimplici motui Longitudinis Solis, vel ab eodem ſubtrahatur, ad obtinendam veram Longitudinem ☉ in Zodiaco. Lunæ quoq; Longitudo eodem modo comparatur; aſſumtæ enim ſimplici Longitudini Solis à vero Æquinoctio [abjectis 6 Signis circa pleniluniũ] addantur Longitudo ☽ à ☉, & Æquatio Epicyclica ☽: Ita enim Lunæ locus, in gradibus graduumq; ſectionibus, vel idem evadet cum Solis loco, vel eidem præciſè in plenilunio erit oppoſitus, ita ut in neutro Luminarium

rium ultra scrupulum secundum nunquam aberratum sit. Deniq; si Latitudini ☽æ ad tempus veræ Syzygiæ Æquatio Epicyclica Lunæ eodem modo ut Longitudini Lunæ ad præscriptum signum additionis vel subtractionis applicata fuerit, existet coæquatus motus Latitudinis, quo deinceps ad eruendam veram Latitudinem Lunæ opus est, & eo usque reservandus.

Ut autem hæc præcepta sufficientibus exemplis illustrentur, constitui tribus Lunaribus tribusq; Solaribus defectionibus ea dilucidare. Præmitto autem Lunares Eclipses, tanquam investigatu faciliores, quibus Solares, ob parallaxium Longitudinis & Latitudinis Lunæ tempore visibilis ♂ difficiliores, subjungam.

Primum igitur exemplum sit Eclipsis Lunæ quæ accidit ante victum Perseum à Paulo Æmilio Consule Romano, hora 2. noctis sub æstate ac flagrantissimo æstu, quam & Sulpitius Gallus prædixit, sicut meminerunt Livius, *lib. 44. num. 36.* Plutarchus, *in vita P. Æmilii*, Plinius, *lib. 2. nat. hist. cap.* 12. Florus, *lib 2. cap* 12. Valerius Maximus, *lib 8. cap.* 11. Accommodabimus autem eam Thessalonicensi Meridiano, cui uterq; exercitus proximus fuit, cujusq; Longitudo & Latitudo nostro Catalogo locorum, *part. 1. Pædiæ Astron.* insertæ extant. Accidit autem hæc Eclipsis, ad Calendarium Julianum, anno Mundi 3782. die 21. Junii, fer. 3.

Operatio.

Anni expansi	Dies	fer.	hor.	′	″	Cyclus ☉	Cyclus ☽
58	81	3	~~24~~ 16	38	18	10	5
Collecti	80	2	40				
3724	11.	4.	22	0	57	0	0
10 Martii	69	5	18	37	21	10	5
4 Plenilun.	103	5	8	34	11		
	173	11	27	11	32		
	0	7	24	0	0		
Dies 22 Jun. fer. 4.	173	4	3	11	32		

Anni

Anni expanſi.	Anom. ⊙				Anom. ☽.			
	Sexag.	°	′	″	Sexag.	°	′	″
58	5	26	49	26	0	15	42	45
Collecti 3724	5	12	35	18	0	37	2	28
4 Plenilū.	1	41	52	7	4	30	21	30
	0	21	16	51	5	23	6	43

Æquatio ⊙ ſubtrahenda.
° ′ ″
0 42 34
33
0 43 7

Æquatio ☽ addenda
° ′ ″
2 55 46
28
2 55 18
43 7 Æquat. ⊙ adden.
3 38 25

Motus horarius ☽
′ ″
28 13

	12	14	22
0	20	54	28
3	38	25	
	28	13	
3	17	31	
	41	32	
	12	13	38

′ ″
7. hor. 44 26.
Intervallum proximum inter mediam & veram Syzygiam ſubtrahendum.

Cùm vera Syzygia præcedat mediam, ad hoc intervallum rurſus anomalia ⊙ & ☽ excerpenda, & Æquationes eruendæ, cumq́; Longitudine ☽ à ⊙ conferendæ ſunt, ut pateat, num intervallum hoc præciſè ſit inventum.

	Anom. ⊙			Anom. ☽				Long. ☽ à ⊙			
	′	″	‴	°	′	″	‴	°	′	″	‴
Hor. 7.	17	14		3	48	38		3	33	20	
min. 44.	1	48	25		23	57	9		22	21	
ſec. 26.		1	4			14	9			13	
	19	3		4	12	49		3	55	54	

Anom. ☉
Sex. o / //
o 21 16 51
19 3
o 20 57 48
Æquatio ☉ subtr.
o / //
o 40 37
1 53 P.P.
o 42 30 Æquat. ☉ limit.

Anom. ☽
Sex. o / //
5 23 6 43
4 12 49
5 18 53 54
Æquat. ☽ add.
o / //
3 15 42
3 29 P.P.
3 12 13 Æquat. ☽ limitata.
o 42 30 Æquatio ☉.
3 54 43 Aggregatum Æquationum.

3 55 54 Long. ☽ à ☉
3 54 43 Agg. æquat.
1 11 Diff.
Motus horarius ☽ correctus
/ //
28 19
5
28 24

	14	18	48	/ //
1	11	59	12	2 31
28	24			1
	5 0	0	48	2/ 32// subtrahenda à priore tempore.
	1	10	24	

Anomal. ☽
/ // ////
1 5 19
17 25
1 22 44

Anom. ☽
Sex. o / //
5 18 53 54
1 23
5 18 52 31
Æquatio ☽.
o / //
3 15 42
3 24 P.P.
3 12 18
o 42 30 æq. ☉ lim.
3 54 48
3 54 37
11

Pro Longitudine ☽ à ☉.
/ // ///
1 0 57
16 15
1 17 12

Long. ☽ à ☉ antè inventa.
o / //
3 55 54
1 17
3 54 37
11
3 54 48 Long. ☽ coincidens cũ summa Æquat ☉ & ☽.

11	7
28	34
10	53

//
23 adhæc tempori priori addenda.

Tempus medium veræ ☍ ☉ ☽
Hor. / //
24 11 32
3
27 44 26
7
19 27 6
2 32
19 29 38
23
19 29 15 Tempus à media nocte ad Meridianum Uraniburgicum.

Ergo verum intervallum inter veram & mediam Syzygiam est 7 hor. 42/ 17//.
Anomalia ☽æ correcta 5 sex. 18 gr. 52 min. 43 sec.
Anomalia ☽ coæquata.
Sex. o / //
5 18 52 43
3 12 18
5 22 5 1

Pro

Pro Longitudine ☉.	′	″	‴
7 hor.	17	14	
42′	1	43	29
17″.		0	42
	18	58	11

Pro Latitudine ☽. °	′	″	‴
3	51	31	
	23	9	4
		9	22
4	14	49	26

	Anomal. Æquinoct.				Longitudo ☉.				Latitudo ☽.			
Anni	Sex.	°	′	″	Sex.	°	′	″	Sex.	°	′	″
58	0	7	26	25	5	28	9	13	0	25	25	21
3724	0	12	23	50	0	16	30	13	0	45	6	29
4. Plenil.			1	43	1	41	52	25	4	47	20	49
	0	19	51	58	1	26	31	51	5	57	52	39
	Æquatio Æquinoct.						18	58		4	14	49
	subtr 9/12″.				1	26	12	53	5	53	37	50
							9	12		3	12	18
					1	26	3	41	5	56	50	8
							42	30	Coæquatus motus Latitudinis ☽æ.			
					1	25	21	11				

E. ☉ fuit in 25 gr. 21′ 11″. ♊.

Longitudo ☽æ. Sex.	°	′	″
4	26	3	41
	3	54	48
4	22	8	53
	3	12	18
4	25	21	11

E. ☽ in 25 gr. 21′ 11″ ♐.

Æquatio & Reductio temporis ad meridiem Thessalonicensem.

Horarium tempus à meridie.

H.	′	″
7	29	15
	1	41
7	30	56
	55	
8	25	56

Tempus veræ ☍ Meridiani Thessalonicensis.

Ad hunc modum etiam antiquissimorum Astronomorum observationes Eclipsium Lunarium, quæ apud Ptolomæum, *lib. 4. magnæ composit. cap. 6.* & aliis, extant, factaq; sunt anno Mundi 3229, die 19 Martii, circiter

citer 10 pomeridianam: Anno Mundi 3130 die 8 Martii, feria 6 circiter mediam noctem: Anno Mundi 3567. ab Hipparcho observata, die 23 Decembris: Et anno Mundi 3568. die 18. Junii, fer. 5 & die 12 Decembris, feria 7 ut & Ptolemaicas, quæ contigerunt, inprimis Anno Christi 125, die 5 Aprilis, feria 4. Anno Christi 133 die 6 Maji, feria 3. Anno Christi 134 die 20 Octobris, feria 3. Anno Christi 136. die 6 Martii, feria 2. Quamvis enim aliqua differentia in tempore, & in loco Solis sæpe occurrat; tamen ea non adeo magna est, & provenit ex minùs certis veterum observationibus, qua de re alibi cum bono Deo agetur.

Hujusmodi igitur exempla diligentiæ & industriæ Astrophilorum committimus, & hîc tantùm in defectionibus Lunaribus summa capita duarum Eclipsium subjiciemus. Una est Eclipsis illa Lunaris, cujus calculum etiam tradit Braheus, *lib.* 1. *progymnasm pag.* 129. 131. Hoc igitur plenilunium Eclipticum quoad præcepta hujus capitis ad Meridianum Uraniburgicum ita sese sistit. Media ☍ accidit Anno Christi 1601 die 29 Novembris, feria 1, hora 18. min. 41. sec. 48 à media nocte. Intervallum inter mediam & veram Syzygiam addendum 11/46//. Tempus apparens & æquatum veræ ☍ est 6 horar. à meridie, 57 min. 50 sec. Anomalia Æquinoctiorum, 3 Sexag. 16 gr 41/35//. Æquatio æquinoctior. add. 7/52//. Anomalia ☉ 2 Sexag 42 gr. 41/17//. Anomalia ☽ 2 Sex. 51 gr. 49/15//. Æquatio ☉ subtrahenda 37/50//. Æquatio ☽ subtrahenda, 43/49//. Longitudo ☉ vera 17 gr. 47/33// ♐. Longitudo ☽ vera 17 gr. 47/33// ♊. Anomalia ☽ coæquata 2 Sex. 50 gr. 56/26//. Motus Latitudinis ☽ coæquatus, seu argumentum Latitud. ☽ 2 sexag 54 gr. 0/10//. Qui Epilogismus à Tychonico parum differt, atq; ita à Severino in nonnullis limitatus est, ita tamen ut differentia ferè sit insensibilis. Calculus tertiæ Eclipsis est, quæ accidet anno Christi 1642. cujus summa capita etiam in Ephemeride ad hunc annum posita invenies. Breviter ea sic sese habent. Media ☍ ad meridianum Uraniburgicum ingruet die 4 Aprilis feria 2, hor. 13. min. 4. sec. 14. à media nocte. Intervallum exactum inter mediam veramque ☍ datur 13 horarum, 17 min. 44 sec. addendum, ita ut tempus apparens & æquatum veræ ☍ sit 14 horar 39 min. 25 sec. à meridie. Anomalia Æquinoctiorum est 3 sex 20 gr. 43/40//. Æquatio Æquinoctiorum addenda 9/42//. Longitudo ☉ vera 25 gr 12/0// ♈. Lunæ verò 25 gr. 12/0// ♎. Anomalia ☉ 4 sex. 46 gr. 48/23//. Æquatio ☉ add. 1 gr. 56/17//. Anomalia Lunæ 1 sexag. 41 gr. 34/28//. Æquatio ☽ subtrah. 4 gr.

4 gr. 54/0//. Anomalia Lunæ coæquata 1 ſex. 36 gr. 40/28//. Et deniq; Motus Latitudinis Lunæ coæquatus 0 ſex. 1 gr. 53/44//.

Primum exemplum in Novilunio Ecliptico.

Sumamus hîc primi exempli loco Eclipſin Solis, quæ accidit primo anno belli Peloponneſiaci, & tanta fuit, ut Stellæ apparuerint, factaque in æſtate poſt meridiem, jam inclinante die, ſicut meminit Thucydides, *lib. 2. belli Peloponneſiaci pag. 117. lit. C.* quando ita ſcribit: Sol defecit poſt meridiem [ὁ ἥλι☉ ἐξέλιπε] & rurſum impletus eſt cùm factus eſſet Lunæ naſcenti ſimilis; & ſtellæ nonnullæ effulſiſſent. Ubi loquitur de totali Solis Eclipſi: non enim pars Solis defecit, ſed totus. Quod enim addit, γενόμεν☉ μηνοειδὴς, attingit cauſſam obſcurationis Solaris, quod nimirum ☽ in interlunio intercipiat lumen Solare, quæ tunc inter Græcos non adeo erat plana, unde vidit Solem iterum paulatim, ut ☽ in defectionibus ſolet, rurſus impletum; ſuoq; defectu & cavitate Lunæ rotunditatem ſibi obſtantem prodidiſſe. Vide & Plutarchum, *in vita Periclis, pag. 171. lit. C.* Valerium Maximum, *lib 8. cap. 11.* Reducimus autem ad Meridianum Athenienſem, cujus Longitudo & Latitudo in Catalogo noſtro locorum extat.

Anni	Dies	fer.	hor.	'	''	☉ Cyclus	☽
23	108	7	11	27	45	28 3	8
3496	11	2	4	30	16	31 4	0
	97	5	6	57	29	27	8
4 Novilun.	118	6	2	56	13		
die 3 Auguſti.	215	11 7 4	9	53	42		

Anni	Anom. ☉. Sex.	°	'	''	Anom. ☽. Sex.	°	'	''
23	5	53	18	41	0	22	53	56
3496	5	15	29	28	5	13	57	25
4. Novilun.	1	56	25	17	1	43	16	0
	1	5	13	26	1	20	7	21

Vera Syzygia sequitur mediam.

Æquat. ☉ subtr.	Æquat. ☽ subtr.	Motus horarius ☽
° ′ ″	° ′ ″	29′ 56″.
1 49 34	4 52 21	
12	0 7	
1 49 46	4 52 28	
	1 49 46	
	3 2 42	

		36		48
	3	6	24	
3	2	42		
29	56			6 hor. 6′ 13″.
2	59	36		
	2	29	36	
		5	59	12

	Longit. ☽ à ☉.
	° ′ ″ ‴
6. hor.	3 2 52
6′	3 2 52
13″	6 36
	3 6 1 28

Anom. ☉.	Anom. ☽.	Anom. ☉.	Anom. ☽.
Sex ° ′ ″	Sex. ° ′ ″	′ ″ ‴	° ′ ″ ‴
1 5 13 26	1 20 7 21	14 47	3 15 58
15 2	3 19 21	14 47	3 15 58
		32	7 5
1 5 28 28	1 23 26 42	15 2 19	3 19 21 3

Æq. ☉ subtr.	Æq. ☽ subtr.	Motus horarius ☽ correctus.	
° ′ ″	° ′ ″	′ ″	° ′ ″
1 49 34	4 55 5	30 5	3 6 1
27	20	2	3 5 24
1 50 1	4 55 25	30 7	37 Diff.
	1 50 1		
	3 5 24		

	21		
6	53		
37		29	1′ 13″.
30	7		
6	31	31	

H. ′ ″	Longitudo ☽ à ☉
	° ′ ″
6 6 13	3 6 1
1 13	37
6 5 0 Verum intervallum inter med. & veram ☌ luminarium.	3 5 24 jam coinc[...]

Pro Longitudine ☉

	′	″	‴
6. hor.	14	47	
5. min.		12	19
0. sec.			0
	14	59	

Pro Latitudine ☽.

°	′	″	‴
3	18	26	
	2	45	22
			0
3	21	11	

	Anomal. Æquinoct.				Longitudo ☉.				Latitudo ☽.			
Anni	Sex.	°	′	″	Sex.	°	′	″	Sex.	°	′	″
23	0	3	56	52	5	54	2	29	1	35	44	54
3496	5	49	35	50	0	15	29	35	5	14	11	1
4. Novil			1	58	1	56	25	37	2	2	40	56
	5	53	34	40	2	5	57	41	2	52	36	51
							14	59		3	21	11
					2	6	12	40	2	55	58	2
							3	0		4	55	25
					2	6	15	40	2	51	2	38
						1	50	1				
					2	4	25	39				

F. ☉ in 4 gr. 25/39″ ♌.

Argum. seu coæquatus motus Latitudinis ☽.

Æquatio Æquinoctior. add.

′	″
3	2
	2
3	0

Pro Longitudine ☽.

Sex.	°	′	″	
2	6	15	40	Simpl. motus long.
	3	5	24	☉ à vero Æquin.
2	9	21	4	
	4	55	25	
2	4	25	39	F. ☽ in 4 gr. 25/39″ ♌.

Anomal. ☽ coæquata.

Sex	°	′	″	
1	23	26	42	
			33	subtr. pro 1/13″.
1	23	26	9	
	4	55	25	
1	18	30	44	

Tempus æquandum & reducendum ad Meridianum Athenienſem.

H.	′	″	
9	53	42	Tempus mediæ ☌
6	5	0	Intervallum verum inter ver. & med. ☌.
15	58	42	Tempus à media nocte.
	9	24	Pro æquatione temporis.
15	49	18	
1	2		
16	51	18	Tempus æquatum & reductum à media nocte ad Meridianum Athenienſem: à meridie verò numeratum eſt 4 hor. 51/18″.

Alia

Alia Exempla.

Ad hunc modum etiam Astrophilus alia deliquia Solaria tractare & investigare poterit: Necesse autem est, ut interlunia sint verè Ecliptica, & quidem in iis locis & circa idem tempus, quibus Eclipses Solis historici adstringunt: Inveniuntur enim nonnulli Chronologi recentiores, qui in iis annis Eclipses Solares constituunt, ubi nullæ ad Tabulas Cœlestium revolutionum Luminarium videri potuerunt, iis præsertim in locis, de quibus Historiographi eas affirmant. Sicut supra tale Exemplum ex Hervvarti ab Hohenburg *Chronologia cap. 145.* adduximus, & passim in Sethi Calvisii Chronologia ejusmodi hallucinationes Hervvarti annotantur. Sic Büntingus, *in sua Chronologia Catholica, pag. 84.* computavit Eclipsin ☉, quæ accidit Periodo Scaligerana 4132, anno secundo Olympiadis 42, ad diem 1 Octobris, quam fuisse exstimat eam, quam Solinus, *cap. 25.* designavit, qua visa bellum Lydium compositum fuerit, cujus & mentionem facit Herodotus, *lib.* 1. Plinius, *lib. 2. cap. 12.* Cicero, *de divinatione*, Clemens Alexandrinus, *lib. 1. Stromat.* Eusebius, *libro 2. Chronici:* verùm tunc temporis neq; Sardibus Lydiæ, neq; in Græcia, neq; in Asia Sol eclipsin passus est; quia iis in locis, secundum illud intervallum inter veram & visam ☌ ☉ ☽ quam parallaxis Longitudinis ☽ requirit, nondum ortus fuit; unde defectus Solis ab illis populis nequaquam conspici potuit; sed biennio post, anno nimirum mundi, secundum Chronologiam Calvisii, 3369 die 16. Martii, feria 6. ubi Tu Astrophile eam quære. Dionysius quidem Petavius, Scaligero & Calvisio-mastyx, *lib. 10. de doctrina temporum, pag. 155.* hanc Eclipsin Solis contendit esse conspectam Anno periodi Julianæ 4117. in Asia minore, & quidem die 9. Julii anno nimirum mundi, ad Chronologiam Calvisii, 3353 die 9 Julii, feria 3 Juliano stylo, ubi vera Syzygia Solis & Lunæ Sardibus Lydiæ accidit hora 7. min. 39 Verùm & hic Petavius, qui alioquin vult videri oculatissimus, turpiter hallucinatus est, orbiq; litteratorum voluit persvadere, quasi in Asia minore tunc Eclipsis Solis videri potuerit. At calculus planè repugnat. Eo enim tempore Luna nullam obtinuit parallaxin Latitudinis: Sed omnis ejus parallaxis excurrit in Longitudinem, eò quod Locus Sol in signo maximè Septentrionali, nempe in 9 gr. ♋. à nonagesimo Eclipticæ gradu fuerit remotissimus, & Horoscopo propiùs adhæserit, ita ut parallaxis Longitudinis Lunæ ad unam horam ante ☌ veram 52/39// extiterit: Parallaxis Latitudinis verò nulla data sit: vera autem Latitudo ☽ septentriona-

trionalis fuerit 33', major aggregato semidiametrorum Luminarium. Proinde nequaquam tunc in Asia minore hoc interlunium potuit esse Eclipticum, sed in illis locis qui sub Longitudine 119 graduum habitant, & ultra duas horas Asiaticis populis in Media vel Lydia fuerunt Orientaliores: tantoq; major apparuit ea Eclipsis, quanta Septentrioni hæc loca viciniora fuerunt: Nam sub latitudine 57 gr. Septentrionali apud populos, qui hodie inveniuntur (si forte tunc iste tractus terræ habitabilis fuit) in regione Tartariæ Karkithay, & qui ad lacum Kithay, & Oby fluvium habitarunt, hæc Eclipsis fermè totalis visa est. Frustra igitur Petavius Medici prælii annum hîc quærit, qui si veritatis Astronomicæ amans fuerit, & hanc Eclipsin ad diligentiores calculos revocaverit, certè nullum convenientiorem annum pro pugna illa Medica, quàm annum periodi mundi Scaligeranæ 4133. diem 16 Martii, feriam 6 inveniet, ubi Sardibus Lydiæ & in Asia minore, post hor 8. matutinam lumine ad 8 digitos Sol privatus est: quod si loca Orientaliora Sardibus Lydiæ eligamus, eò major evadet hæc Eclipsis ☉: Nam Ecbatanæ Persiæ, quæ hodie Tauris dicitur, prope totalis apparuit. Nos igitur talia interlunia hîc proponimus, quæ verè fuerunt Ecliptica, quale & fuit secunda Eclipsis ☉ ab Albategnio, Anno Christi 901. observata, quam ex eo Regiomontanus, *lib. 5. Epitomes Almagesti, proposit. 21.* Ita describit: *Secunda Eclipsis Solis fuit anno à morte Alexandri 1224.* [nam in numero 1214 mendum est] *ante mediam diem 23 diei mensis Kalbat, tribus horis & duabus tertiis horæ unius æqualis in Antiochia, Solq; paulò ultra medietatem suam secundum visum obscuratus est. In Aracta verò Eclipsis medium accidit, ante meridiem tribus horis & dimidia unius æqualis, & nonnihil minùs quàm duæ tertiæ diametri Solis partes de corpore Solis obtenebratæ sunt secundum visum. Sol fuit in 8. gr. 37' ♒.* Hactenus observatio Albategnii. Hancq; Eclipsin Solis eò lubentius sumo, quia non tantùm à Büntingo & Calvisio, verùm etiam à novissimo Chronologo Dionysio Petavio, *in magno suo opere de doctrina temporum, lib 8. pag 868 & seqq.* prætérita est, cùm tamen is glorietur, quod calculum Eclipsium Solarium ab Antiquis & Historicis & Astronomis observatarum in lib. suo 8. attexuerit. Idcirco ex neglectu hujus deliquii Solaris eum ubiq; in suo grandi volumine, de doctrina temporum, non lynceum fuisse patet. Priusquam autem summa

ma capita hujus Eclipsis ex hoc capite deducta apponam, præmonendus es Astrophile de Latitudine & Longitudine Aractæ, quo in loco Albategnius hanc Eclipsin observavit. Aracta igitur est civitas in Syria, fortè Carrhæ; celebres clade Marci Crassi Romani, vel Haran Mesopotamiæ, ut quidam volunt, de qua Ptolemæus, *lib.5 Geographiæ, cap.18.* quæ hodie Orfa dicitur, & quinq; dierum itinere ab Antiochia vel Aleppo distat, ejusq; Latitudo à Kepplero 36 gr. Longitudo verò 37 gr. 45 min. assumitur, quam & hic retinuimus, eamq;, Astrophile, Catalogo Longitudinum & Latitudinum locorum inserere poteris: Siquidem & Longitudo & Latitudo talis ex observationibus Albategnii & motu ☽ elicitur. Quocirca tempus medium hujus Eclipsis ☉ Meridiano Uraniburgico accommodatum accidit anno Christi DCCCCI. aureo numero existente 9 Cyclo ☉ 14 Litera D. Dominicali, die 22 Januarii, feria 5. hor. 20.8 min. 48 sec. à media nocte. Intervallum inter mediam & veram ☌ addendum invenitur 10 horar. 56/18//. Motus horarius ☽ simplex datur 31/52//. correctus 32/4//. Anomalia ☉ 3 sexag. 43 gr. 22/27//. Æquatio ☉ add. 1 gr. 26/32//. Anomalia ☽ 2 sexag. 5 gr. 38/31//. Æquatio ☽ subtrah. 4 gr 6/49//. Et propterea Anomalia ☽ coæquata 1 sex. 1 gr. 31/7//. Coæquatus motus Latitudinis ☽ 2 sex. 48 gr. 57/27//. Longitudo ☽ à Sole 5 gr. 33/22//. cum aggregato Æquationum Luminarium eadem. Anomalia æquinoctiorum 2 sexag 6 gr. 37/28//. Æquatio æquinoctior. subtr. 22/2//. Longitudo vera Solis & Lunæ 5 sexag. 8 gr. 1/14//. ad tempus veræ Syzygiæ, ita ut exstiterint Luminaria in 8 gr. 1/14// ♒. Æquatio temporis subtrahenda est 9/44//. Reductio ad Meridianum Aractensem 2 hor. 28 min. ita ut vera ☌ ☉ & ☽ Aractæ acciderit die 23 Jan. fer. 6. hor. 9. min. 23 sec. 22. ante meridiem Calendario Juliano, horisq; à media nocte numeratis.

Tertium Exemplum esto calculus defectionis Solaris, quæ accidet anno Christi 1645. die 11 Augusti, feria 2. Cyclo ☉ 2 ☽ 12. nobisq; erit conspicua. Tempus medium hujus Synodi Solis & Lunæ incidet in diem 12 Augusti fer 3. hor. 1. 32/26// à media nocte. Intervallum inter mediam & veram Syzygiam invenitur 12 horarum 49 min 38 sec. subtrahendum: Vera enim Synodus præcedit mediam. Anomalia Solis ad tempus medium veræ ☌ est 0 sex. 53 gr. 35/41//. Æquatio Solis subtrah. 1 gr 36/44//. Anomalia ☽ ad idem tempus 4 sex. 18 gr. 35/52//. Æquatio ☽ add. 4 gr. 54/9//. Motus horarius ☽ simplex 30/35//. correctus 30/59 Anomalia æquinoctiorum 3 sex. 21 gr. 3/49//. Æquatio æquinoctiorum add.

add 9/52//. Longitudo Solis simplex 2 sex. 29 gr. 57/2//. vera autem Longitudo Luminarium 2 sex. 28 gr. 30/10//. Ita ut utrumq; cadat in 28 gr. 30/10// ♌. Anomalia ☽ coæquata 4 sex. 23 gr. 33/34//. Coæquatus motus Latitudinis ☽ o sex. 9 gr. 53/7//. Æquatio temporis subtr. 8/41//. Ita ut Uraniburgi tempus apparens veræ Synodi Luminarium futurum sit die 11 Augusti, fer. 2. hora 12. min. 34. sec 7. sub meridiei tempus.

Caput III.

De ratione enucleandi Parallaxes Luminarium in Eclipsibus Solis, per altitudinem eorundem, inprimis autem Solis supra Horizontem, per Parallaxin Solis & Lunæ, item Lunæ à Sole, per distantiam Luminarium à puncto Oriente vel occidente, & denique per Angulum Eclipticæ cum verticali.

Sepositis hîc nonnihil Eclipsibus Lunaribus, nobis in hoc & sequente capite, Solaribus duntaxat immorandum erit, eò quod obscurationes Lunares nullam Parallaxin Luminarium requirant, sed unicè Solares. Cùm autem Luminarium Parallaxes acquiri nequeant nisi prius cognita fuerit eorundem altitudo supra Horizontem: Idcirco modus altitudinem Luminarium indagandi ex *præmissis problematibus sectionis primæ* hîc repetendus erit. Constat enim ille modus ex solutione unius Trianguli sphærici obliquanguli. Primùm enim in promtu sit Declinatio ☉, sive ea sit Borea sive Australis: Deinde distantia ejus à Meridiano seu medio cœli: Ita enim in Triangulo Sphærico dantur duo latera, unum ex complemento Altitudinis poli seu distantia poli & Horizontis; alterum ex complemento Declinationis Solis vel Lunæ, si ea septentrionalis fuerit: Sin Meridionalis ex excessu Declinationis supra Quadrantem, unà cum Angulo comprehenso, quem mensurat distantia Solis à Meridiano in gradibus & minutis; hinc *per Casum 3 capit 7. sect. 1.* elicitur tertium latus exhibens quæsitam Altitudinem Luminarium. Quanquam autem *in problemate 13. sect. 1.* facilem modum indagandi Parallaxes Lunæ tradiderim, tamen hîc eo non tantùm erimus contenti, sed nos conformantes vestigiis Tychonis, quæ *lib. 1. progymnasm. pag. 127. & 132.* pressit, alium & hîc proponemus æque brevem & omnium accuratissimum, qui & omnibus Phænomenis ☽, quæ ei cum Stellis fixis intercedunt,

cedunt, applicari potest. Nam quando jam constat Altitudo Luminarium, tunc *ex Tabula Parallaxium Luminarium sub lit.* Ξ per altitudinem ☉ elice Parallaxin Solis; per altitudinem verò ☽ & distantiam ☽æ à terra in Semidiametris [quam *ex Tabula* N cum anomalia Lunæ coæquata venaberis] excerpe parallaxin altitudinis Lunæ. Deinde quoq; vel ex Tabulis Domorum, vel Ascensionum Obliquarum Regiomontani, ad datum tempus apparens veræ Synodi Solis & Lunæ, datamq́; Elevationem poli colligenda est distantia Luminarium à puncto Oriente vel Occidente, nempe secundum eundem Eclipticæ gradum, cui Luminaria fuerint propinquiora. Præstat autem colligere tàm altitudinem Luminarium, quàm distantiam eorundem ab Horoscopo vel Angulo Occidentis, per unam horam, vel nonnunquam per semissem horæ retrò ante Conjunctionem veram Solis & Lunæ: quia Sole existente in plaga Orientali, respectu nonagesimi gradus Eclipticæ, semper visa vel apparens Synodus ☉ ac ☽æ, quæ Eclipsin affert, præcedit veram: Quando verò Luminaria in plaga occidentali, respectu ejusdem nonagesimi gradus, morantur, tunc visa ☌ semper sequitur veram: Ea propter necesse est, ut Altitudo Luminarium & distantia eorundem à cardine 1 vel 7. domus, respectu hujus positus, per unam horam retrò antè ☌, vel post eandem colligantur, prout visa ☌ veram vel præcesserit, vel subsecutura sit. Adhæc eliciendus est Angulus Eclipticæ cum verticali ex datis duobus, videlicet ex distantia Luminarium à puncto Ascendente vel Descendente, & ex Altitudine Luminarium: Ita enim *per Casum* 14. *cap.* 6. data base, hoc est, distantia Luminaris à puncto Ascendente vel Descendente, cum uno Latere, videlicet altitudine ejusdem, innotescet Angulus, quem Verticalis in dicto loco cum Signifero constituit, vocaturq́; Angulus Eclipticæ cum circulo Altitudinis seu Verticali: Hæc enim omnia ad investigandam Parallaxin Longitudinis & Latitudinis ☽ ducunt. Admirabili autem Canonis Logarithmorum compendio calculus, alioquin spinosus & errori obnoxius, facilior redditur, laborisq; tædium minuitur, ut ex continuatione exemplorum trium propositarum Solis Eclipsium apparebit.

Continuatio Exemplorum Eclipsium ☉.

1. In Eclipsi Solis quæ accidit anno Mundi 3519. die 3 Augusti post meridiem, cùm in plaga Occidentali ea contigerit, idcirca visa ☌ veram secuta est. Quamobrem Altitudinem ☉ post unam horam ☌ ☉ & ☽ inquire-

quiremus, hoc est ad horam 5, min. 51, sec. 18. ☉ ad tempus veræ ☍ inventus est in 4 gr. 25/39/♌. Pro elapsa autem una hora ei ex *Tabula* E colligo 2/28// addenda.

Gr.	M.	S.	
4	25	39	♌.
	2	28	
4	28	7	♌ ad horam 5,51/18//.

Pro Declinatione Solis investiganda, datur distantia ☉ à Tropico ♋.

Gr.	M.	S.	
90			Tr. ♋.
34	28	0	Elongatio ☉ à Trop. ♋.
55	32		Distantia ☉ à puncto ♎ Æquinoctiali.

91842 Log–us distantiæ max. Obliquit. Eclipticæ 23 gr. 31/30//.
19303 Log–us dist. Long ☉ à puncto ♎ Æquin.
111145 Log–us Declination. ☉ 19 gr. 13/.

	Gr.	M.	
Ascensio ☉ Recta est	126	49	
	87	50	Tempus à merid. in hor. 5, min. 51, sec. 18.
	214	39	
	90		
	304	39	Asc. Obliq. puncti Orientis ad Latit. Athenienſ. 38 gr. in 14 gr. 19/ ♑.

Ergo punctum Occidens in eadem Latitudine est in opposito signo, videlicet 14 gr. 19/ ♋.

Porrò ad investigandam Altitudinem ☉ supra horizontem in eadem Elevatione poli, dantur 3 διδόμενα: 1 Distantia polorum & Horizontis, 52 gr. 2. Complementum Declinat. Sol. Septentr. 70 gr. 47/. 3. Tempus à meridie in gradibus & minutis 87 gr. 50/.

23824 Log–us lat. minor. 52 gr.
71 Log–us Anguli Comprehensi 87 gr. 50/. (3/10//.
23895 Log–us perpendiculi 51 gr. 56/50// complementũ est 38 gr.

Gr.	Min.			
			48506	Antilog–us later. min. 38 gr.
70	47	Latus majus	48388	Antilog–us perpendiculi 38 gr. 3/10//.
2	47	Arcus Elem. 1.	118	Log–us Arcus 87 gr. 13/ cujus complementum 2 gr. 47/ est Elementum primum.
68	0	Elementum 2.		

98188 Antilog–us Elem.2.
48388 Antilog–us perpendiculi.

146576 dat.13 gr.21/qui arcus Altitud. ☉ supra Horizontem monstrat.

Ad Altitudinem ☽ investigandam, utut Altitudo ☉ hîc sufficere posset, tamen, ut tironem exerceamus, & eam exactè rimabimur.

Gr.	M.	S.	
4	25	39	♌ Longitudo ☽ ad tempus veræ Syzygiæ.
	30	7	Motus horarius ☽.
4	55	46	

Ergo ☽ post unam horam ♂ fuit in 4 gr. 56/ ♌.

Ad inquirendam Latitudinem ☽ requiritur argumentum seu coæquatus motus Latitudinis ☽ supra inventus.

Sex.	o	/	//	
2	51	2	38	
		33	4	Pro 1 hora add. in motu Lat.
2	51	35	42	Argument. Latit ☽ ad tempus hor. 5. min. 51. sec. 18.

Hinc emergit Latitudo ☽ Septentrionalis ferè 43/50//. Ergo & hîc datur Declinatio ☽ septentrionalis 19 gr. 47/. A R. ☽ 127 gr. 30/: & propterea dantur etiam hîc tria requisita ad supputandam Altitudinem ☽. 1. Distantia polorum & Horizontis 52 gr. 2. Complementum Declinationis ☽ 70 gr. 13/. 3. Distantia ☽ à Meridiano 87 gr. 9/.

23824 Log–us later. min. 52 gr.
124 Log–us Anguli comprehensi 87 gr. 9/.

23948 Log–us perpendiculi 51 gr. 54/ 30// cujus complementum est 38 gr. 5/30//.

Gr.	M.		
70	13	Latus majus	48506 Antilog–us lat. min.
3	40	Elem. 1.	48301 Antilogus perpendiculi.
66	33	Elem. 2.	205 Antilogus cujus arcus 3 gr. 40/ Elem. 1.

92143 Antilog–us Elem. 2.
48301 Antilog–us perpendiculi.

140444 dat 14 gr. 13/. Altitudinem ☽ quæsitam.

Per hasce Altitudines *ex Tabula Parallaxium Luminarium sub lit. Z* elicitur Parallaxis ☉ 2/55//. Parallaxis ☽ verò in Semidiametris 57, min. 2.

/	//
58	48
	3
58	45
	2
58	43 Parallaxis ☽.

Postea

Postea subtrahitur Parallaxis ☉ à Parallaxi ☽, ut relinquatur Parallaxis Lunæ ad Solem, videlicet 55/48//.

Ad inquirendum Angulum Eclipticæ cum Verticali requiritur primùm Altitudo Solis, quæ inventa est 13 gr.21/. Deinde distantia Solis à puncto Occidente.

Gr.	M.	S.	
34	28	7	Distantia ☉ à Tropico ♋.
14	19		♋ Punctum Occidens.
20	9	7	Distantia ☉ à puncto gradus Occidentis.

143838 + Mesolog—us Altitud. ☉.
100256 + Mesolog—us distantiæ ☉ à puncto descendente.

43582 Antilog—us Anguli Eclipticæ cum Verticali, unde datur ipse Angulus Eclipticæ cum circulo Altitudinis vel Verticali 49 gr. 42/ 20//.

In altero Exemplo.

Cùm visa seu apparens ☌, Luminaribus existentibus in plaga Orientali, præcedat veram, idcirco Locus Solis inquiritur ad unam horam retrò & ante ☌ veram, videlicet ad horam 8, 23/22//. Inveniturq; ☉ in 7 gr. 59/ ♒. Ascensio recta ☉ datur 310 gr 2 /. Distantia ☉ à Meridiano 54 gr. 10/. Declinatio ☉ Meridiana 17 gr.23/. Hinc dantur tria ad eliciendam Altitudinem Luminarium, 1 Distantia poli & Horizontis 54 gr. 2. Excessus Declinat ☉ supra Quadrantem 108 gr.23/ 3. Distantia ☉ à Meridiano 54 gr. 10/. Quocirca altitudo Luminarium elicitur 15 gr. 19/. & distantia ☉ à puncto Orientis 30 gr.25/ Ascendit enim in Oriente 8 gradus cum 24/ ♓. Et datur Parallaxis ☽ 59/ 41//. Parallaxis ☽ à ☉ 56/ 47//. Angulus Eclipticæ cum verticali, 62 gr. 11/ 50//.

In tertio Exemplo.

Cùm Luminaria nondum attigerint nonagesimum Eclipticæ gradum, idcirco & hîc visa ☌ antegreditur veram. Proinde supputata est altitudo ☉ cum angulo Eclipticæ ad semihoram ante ☌ veram, ubi ☉ extitit in 28 gr.29/ ♌. Asc. ejus R. fuit 150 g.39/. Punctum Ascendens 10 gr. 87 ♏. Distantia ☉ à nonagesimo 12 gr 57/. Altitudo ☉ 46 gr.2/. Parallaxis ☉ 2/5//. Parallaxis ☽ in semidiametris terræ 56 32// est 42/47//. Parallaxis ☽ à ☉ 40/42/. Angulus Eclipticæ cum verticali 75 gr. 8/.

Hisce jam cognitis rectà ad distribuendam Parallaxin Altitudinis ☽ à ☉ secundum Longitudinem ac Latitudinem progredimur, in capite sequenti.

CAPUT

CAPUT IV.

De investigando intervallo inter veram ac visam ☌ Luminarium ex Parallaxi Longitudinis Lunæ, viaq; unà eruendi Parallaxin Latitudinis ☽.

INtervallum inter verum & apparentem locum Stellæ in cœlo à Ptolomæo παράλλαξις vocatur, à Latinis diversitas Aspectus dicitur. Est enim aberratio visus nostri à vero Planetæ loco. Ad cognoscendam autem distantiam inter veram & visam seu apparentem Synodum Solis ac Lunæ requiritur notitia Parallaxis Longitudinis, quæ est discrepantia arcus paralleli Eclipticæ inter verum ☽ locum & visibilem intercepti, quemadmodum Parallaxis Latitudinis est spacium inter circulos Latitudinis veræ & visæ ☽ comprehensum. Ad perquirendam autem Parallaxin Longitudinis, ut & Latitudinis, hæ primùm Regulæ observentur. 1. Quoties distantia ☽ à puncto Ascendente vel descendente supra Horizontem minor est altitudine ejusdem, toties omnis Parallaxis Altitudinis Lunæ à Sole in Longitudinem excurrit, & tunc est maxima Parallaxis Longitudinis ☽, nullaq; datur Parallaxis Latitudinis. 2. Quoties verò distantia Altitudinem superat, tunc Parallaxis Altitudinis in diversitatem Aspectus secundum Longitudinem ac Latitudinem distribui potest; nisi fortè ☽ nonagesimum Eclipticæ gradum obtinuerit: tunc enim Parallaxis Altitudinis Lunæ tota in Parallaxin Latitudinis ejusdem cedit. 3. In Septentrionalibus Signis maxima Longitudinis ☽ Parallaxis est supra Horizontem; in Signis Meridionalibus sub Horizonte: In Æquinoctialibus verò in ipso Horizonte. 4. Adhæc nobis ultra trigesimum Latitudinis poli gradum, hoc est, ultra secundum clima habitantibus, Parallaxis Latitudinis ☽ semper in Austrum cadit: unde & ☽ semper nobis apparet Australior, etiam quando nulla est Parallaxis ☽ in Longitudine.

Cæterùm quod attinet spacium Temporis, quod inter veram & apparentem ☌ Luminarium intercedit, illud semper in recenti memoria tenendum est, quod si Luminaria conjungantur in 90 gradu Eclipticæ ab Horizonte, tunc vera Synodus Luminarium cum apparente in idem incidat momentum temporis: siquidem talis gradus uniformis manet in eo circulo, qui per verticem capitis & Eclipticæ polos ducitur, dicitur que circulus Altitudinis vel Verticalis: si verò contingat Luminarium

an-

ante 90 gradum in Orientali plaga, hoc eſt, inter horizontem Orientalem & 90 gradum, tunc ſemper apparens Synodus veram præcedit, & quandoq; apud nos differentiam unius horæ cum dodrante aſſequi poteſt: Poſt eundem verò 90 gradum, hoc eſt, ſi Conjunctio in plaga Cœli Occidentali, ſeu inter Occidentalem Horizontem & 90 gr. fiat, tunc apparens Synodus ſequitur veram; ſiquidem verus locus ☽ ſemper altior eſt ſupra Horizontem, quàm viſus & apparens, ipſumq́; intervallum temporis inter veram & viſam ☌ tantò majus fit, quantò ☽ propinquior eſt Horizonti; contrà tantò minus invenitur, quantò ☽ vicinior fuerit nonageſimo Eclipticæ gradui. Hoc igitur intervallum ita cognoſcitur. Ex ſuperiore capite primùm conſtat Parallaxis Altitudinis ☽ à ☉, quando ſcilicet Parallaxis Altitudinis Solis à Parallaxi Altitudinis ☽ ſubtrahitur: Deinde etiam non ignotus eſt Angulus Signiferi cum circulo Verticali: quamobrem quando *per Caſum 10. cap. 6* Antilog—us anguli Eclipticæ cum verticali additur Meſologarithmo Parallaxis Altitudinis ☽ à ☉, innoreſcet latus exprimens Parallaxin Longitudinis Lunæ ad Solem. Deinde eadem facilitate obtineri poteſt Parallaxis Latitudinis Lunæ ad Solem, quando ſcilicet *per Caſum 1. cap. 6.* Log—us anguli Eclipticæ cum Verticali additur Log—o Parallaxis Altitudinis ☽ à ☉, tunc enim emergit Parallaxis Latitudinis Lunæ ad ad Solem. Etſi verò hæc parallaxis ☽ in Latitudinem tantùm requiratur ad cognoſcendam quantitatem deliquii Solaris: tamen ſi illa ſimul excerpatur cum Longitudinis Lunę ad Solem Parallaxi, tunc ſine evidenti errore Parallaxis ☽ in Latitudinem ad exquiſitum viſibilis ☌ Luminarium tempus, obſervata differentia Parallaxis Latitudinis unius horæ, & accepta parte proportionali, eaq́; Parallaxi Latitudinis applicata, explorari poteſt. Cognita porrò Parallaxi Longitudinis ☽, ad tempus unius horæ elapſum ante vel poſt veram ☌, prout viſa ☌ vel antecedit vel ſequitur veram., confer cum motu ☽ horario vero: quod ſi Parallaxis Longitudinis ☽ maior eſt motu ☽ horario vero, tunc viſa ☌ in Quadrante Orientali etiam ultra horam antecedit veram ☌: in Quadrante verò Occidentali ultra horæ ſpacium ſequitur. In hoc autem caſu Te non pœniteat, Aſtrophile, denuo ſecundum præcepta hujus & prioris capitis eruere Parallaxin Longitudinis & Latitudinis ☽ ad ☉, per intervallum duarum horarum ante vel poſt ☌ veram. Si verò Parallaxis ☽ in Longitudinem minor eſt motu ☽ horario vero, tunc viſa ſeu apparens ☌ cadit inter hoc ſpacium unius horæ, & vera à viſa ſaltem per aliquot minuta temporis differt. Hiſce cognitis, accipe primùm, Lumina-

ribus conſtitutis in Quadrante Orientali, & diſtante viſa ☌ à vera ultra horam, differentia inter motum ☽ horarium verum & inter Parallaxin Longitudinis ☽ horæ ☌ apparenti proximæ: Deinde etiam accipe differentiam Parallaxis Longitudinis ☽ inter utramq; horam, quam ſubtrahe à motu ☽ horario vero, remanebitq; viſus motus horarius Lunæ ad Solem: Nam verus motus horarius ☽ reſpectu motus horarii Solis ſatis eſt limitatus, ut ulteriore correctione non indigeat. Quocirca conſtitue primo loco viſum motum horarium ☽: ſecundo loco unam horam ſeu 60 ſcrupula, & tertio loco differentiam inter motum ☽ horarium verum & Parallaxin Longitud. ☽ ad unam horam ante ☌ veram: quotus oſtendet intervallum inter veram & viſam ☌. Si verò Parallaxis Longitudinis ☽ ad tempus veræ ☌ in Quadrante Orientali minor fuerit motu ☽ horario vero, tunc ſufficit explorare Parallaxin Longitudinis & Latitudinis ☽ ad unam horam vel ſemiſſem, prout differentia major minorvé viſa fuerit: poſt aſſumta utrobiq; differentia primùm inter differentiam Parallaxis Longitudinis ☽ utriusq; & verum horarium motum ☽, ſubtrahendo ſcilicet differentiam utriusque Parallaxis à vero motu ☽ horario, ſi Parallaxis Longitudinis decreverit; addendo verò eandem motui horario ☽ vero à Sole, ſi accreverit, ut viſus motus horarius ☽ prodeat: Aſſumtà etiam differentia inter Parallaxin Longitudinis ☽ ad horariũ tempus ante veram ☌, & inter motum horarium ☽ verum: tunc eodem modo procedendo, ut ante, prodibit complementum intervalli inter veram ac viſam ☌. Oportet autem Parallaxin Longitudinis ☽ ſub tempus viſæ ☌ æqualem eſſe evectioni ☽ reſpectu motus horarii ☽ veri & intervalli inter veram & viſam ☌, id quod temporis apparentis ☌ Luminarium recte conſtituti argumentum & proba eſt. Quando enim accipitur evectio ☽ ad intervallum temporis inter viſam ac veram ☌ reſpectu motus horarii ☽ veri: quando etiam Parallaxis Longitudinis ☽ ad idem tempus eſt eruta, tunc evectio ☽ cum Parallaxi Longitudinis ejusdem in ſcrupulis primis & ſecundis convenit. Quod ſi ☌ Luminariũ in Quadrante Occidentali [ubi ſemper viſa ☌ ſequitur veram] contigerit, eodem modo poſt unam vel alteram horam ☌ veræ, prout Parallaxis Longitudinis ☽ major vel minor fuerit motu horario ☽ vero, itidem differentia Parallaxium Longitudinis ☽ ſubtrahatur à motu horario ☽, ſi accreverit Parallaxis, vel addatur eidem motui horario, ſi decreverit, id quod prodit eſt viſus motus horarius ☽ & diviſor; differentia verò inter motum ☽ horarium & inter Parallaxin Longitudinis ☽ poſt unam horam veræ ☌ eſt dividen-

dus:

dus: quotiens ostendit intervallum horarium inter visam & veram ☌. Hoc intervallum etiam ad examen revocare poteris. Nam si Parallaxis Longitud. ☽ ad tempus visæ ☌ cum evectione ☽ ad magnitudinem inter visam & veram ☌ respectu veri motus horarii ☽ eadem fuerit, tunc intervallum rectè exploratum esse colligitur. Si autem prior deliquii Solaris pars in Quadrante Orientali, posterior verò in Occidentali consumatur, nempe post 90 gradum, qui ambos Quadrantes dirimit, tunc conjice in unam summam Parallaxin utriusq; Longitudinis ☽, & aggregatum adjice motui horario ☽ vero, habebisq; visum motum horarium. Deinde quoq; minorem Parallaxin Longitudinis à majore subtrahe, & differentiam adde motui ☽ horario vero, quod divide per visum motum horarium ☽, sic proximè emerget intervallum inter visam & veram ☌ addendum tempori veræ ☌. Ex hisce igitur perspicitur, quod semper intervallum inter veram ac visam ☌ in Quadrante Orientali ante 90 Eclipticæ gradum subtrahendum sit à tempore veræ ☌: in Quadrante verò Occidentali addendum, ut prosiliat tempus apparens ☌ Luminarium.

Continuatio Exempli primi in Eclipsi ☉.

In priore capite inventus est Antilogarithmus Anguli Eclipticæ cum verticali 4358 . Parallaxis autem Altitudinis ☽ à ☉ 55/48//. Ergo & datur *per Casum o. cap 6.* Parallaxis Longitudinis Lunæ ad Solem.

412071 + Mesolog_us Parallax. Altitud. ☽ à ☉ 55/48//.
43582 Antilog_us Anguli Eclipticæ cum verticali 49 gr. 42/20//.
455653 + Mesolog_us Parall. Longitud Lunæ ad Solem 36/5//.

Eodem modo *per Casum 1, cap. 6,* elicitur quoq; Parallaxis Latitudinis Lunæ ad Solem.

412084 Log_us Parallax. Altitud. ☽ à ☉ 55/48//.
27085 Log_us Anguli Eclipticæ cum Verticali 49 gr. 42/20//.
439169 Log_us Parallaxis Latitudinis Lun. ad Sol qui est 42, 34//.

Cùm verò hæc Parallaxis Longitudinis Lunæ, quæ est 36, 5//, excedat motum horarium verum, qui est 30/7//, ideoq; indicio est visam, ☌ ☉ & ☽ adhuc post horam 5, 51/19// contigisse. Quamobrem Te non pœniteat etiam Altitudinem ☉ ac ☽ circiter hor. 6, min. 51. sec. 19. vespertinam indagare, ex quo postmodum etiam Parallaxis Longitudinis & Latitudinis innotescet, eodem modo, quo jam operati sumus.

Gr. M. S.
4 25 39 ♌ Locus ☉ ad tempus veræ ☌ Luminarium.
4 55 Pro duabus horis elapsis addenda.
4 30 34 E. ☉ ad hoc tempus extitit in 4 gr 30½/ ♌

G. M. S. 91842 Log-us maximæ Obliquit. Eclipticæ.
90 19353 Log-us dist. ☉ à punct. ♎.
34 30 30 111195 Declinatio ☉ 19 gr. 12/ 10//.
55 29 30 Distantia ☉ à puncto ♎.

Potest etiam inquiri tempus occasus ☉ eo tempore ad meridianum Atheniensem.

105472 + Mesolog-us Declin. ☉.
24681 + Mesolog-us Elevat. poli 38 gr.
130153 Log-us differentiæ Ascensionalis 15 gr. 47/, qui arcus dat 1 hor. & 3 minusa: quod si adhuc duo minuta ob refractionem ☉ addantur huic tempori, patet, Solem tunc Athenis occidisse hora 7. min. 5. non autem præcise hora 7. post meridiem, ut contendit Petavius, *lic. 8. de doctrina temporum, pag. 792.*

° /
AR ☉ 126 46
102 50 Tempus à meridie elapsum in gradus conversum.
229 36 AR medii Cœli.
90
319 36 AO Horoscopi.

Ergo 2 gr. 12/ ♒ Punctum Oriens, & punctum Occidens 2 gr. 12/ ♌.

° /
4 30 ♌ Locus ☉.
2 12 Punctum Occidens.
2 18 Distantia ☉ à puncto Occidente.

Dantur igitur pro Altitudine ☉ hæc tria: 1 Distantia Poli & Horizontis 52 gr. 0/. 2 Complementum Declinationis ☉ 70 gr. 48/. 3 Tempus à meridie 102 gr. 50/.

23824 Log-us lat. minor.
2530 Log-us anguli comprehensi 77 gr. 10/
26354 Antilog-us perpendiculi 39 gr. 47/ 50//.

48506

48506 Antilog-us lat. min.
44617 Antilog-us perpendiculi.
3889 Antilog-us Elementi primi 15 gr. 52/30//.

°	′		
70	48		Latus majus.
15	52	30	Elem. 1.
86	40	30	Elem. 2.

284732 Antilog-us Elem 2.
44617 Antilog-us perpendiculi.
329349 dat Log-um Altitudinis ☉ 2 gr 8/.

Inquiramus etiam Altitudinem ☽ post duas horas.

°	′	″	
4	25	39	♌ Longitudo ☽ ad tempus veræ ☌.
1	0	14	Motus ☽ pro 2 horis.
5	25	53	Ergo ☽ in 5 gr. 26/ ♌.

	Sex.	°	′	″			Sex.	°	′	″
Latit. ☽	2	55	58	3		Anom. ☽.	1	23	26	42
		1	6	9	Latitudo ☾ pro 2 horis.			1	5	19
	2	57	4	12			1	24	32	1
		4	56	17		E Æquatio ☽ subtr 4 gr. 56/17//.				
	2	52	7	55	Coæquatus motus Latitud.					

qui ostendit Latitudinem ☽ Septentrionalem 41/ 1//; & declinationem quoq; ejus Septentrionalem 19 gr 37/, nec non Ascensionem R 128 gr. 0/. Relinquitur igitur distantia à medio Cœli 100 gr 56/. Quare pro Altitudine ☽ inquirenda jam etiam nota sunt hæc tria διδόμενα. 1 Est 52 gr. 0/. Distantia poli & Horizontis. 2. 70 gr. 23/ Complem. Declin. ☽. 3. 100 gr. 56/ Distantia ☽ à Med cœli.

23824 Log-us lat. min.
1832 Log-us Anguli comprehensi 79 gr. 4/.
25656 Antilog-us perpend. 39 gr. 19/10//.

48506 Antilog. lat. min.
45627 Antilog perpend.
2879 Antilog-us Elem. 1. 13 gr. 41/.

°	′	
70	23	Latus majus.
13	41	Elem. 1.
84	4	Elem. 2.

 226943

226943 Antilog—us Elementi 2.
45627 Antilog—us perpend.

272570 Log—us qui dat 3 gr. 45/ 20// Altitudinem Lunæ.

Cum Altitudine ☉ *ex Tabula* z elicitur Parallaxis ☉ præcisè 3/ 0// Anomalia ☽ coæquata dat. 57 semidiametros. 1//. & Altitudo ☽ ex ead. *Tab.* exhibet Parallaxin Altitudin. ☽ 60/ 15//, à qua si parallaxis ☉ subtrahatur, relinquitur Parallaxis Altitudinis Lunæ à Sole 57/ 15//. Distantia ☉ à puncto Occidente 2 gr. 18/.

329008 + Mesolog—us Altitud ☉ 2 gr. 8/.
321478 + Mesolog—us distantiæ ☉ à puncto descend.

7530 Antilog—us anguli Eclipticæ cum Verticali, qui est 21 gr. (57/30//.

Pro Parallaxi Longitudinis Lunæ ad Solem.

409506 + Mesolog—us Parallaxis Altitud Lunæ à Sole.
7530 Antilog—us Ang. Eclipt. cum Vert.

417036 + Mesolog—us Parallaxis Longitud. Lun. ad Sol. 53/ 6//.

Pro Parallaxi Latitudinis.

409519 Log—us Parallaxis Altitud. Lun.
98368 Log—us Anguli Eclipt. cum Verticali.

507887 Log—us Parallaxis Latitud. Lunæ 21/ 24//.

Verùm enimverò cùm hîc differentia Parallaxis Longitudinis ☽ in una hora evidenter decrescat, eò quod Luminaria Horizonti descendenti jam propinqua fiant; idcirco sufficit in hoc casu, hanc Parallaxin Longitudinis Lunæ ad Solem ad Quadrantem horæ ulterius, hoc est ad horam 6. min. 6 sec. 18. inquisivisse; quâ in re unus locus Lunæ eâ viâ, quam nunc trivimus, tractari potest. Luna enim ad hoc tempus invenitur in 5 gr. 3/ ♌. Coæquatus motus Latitudinis Lunæ est 2 Sexag. 51 gr 38/ 29// Anomalia ☽ coæquata 1 sexag. 19 gr. 11/38//. Latitudo Lunæ septentrion 43/33// Ascensio R. Lunæ 127 gr. 37/. Declinatio Sept. 19 gr. 46/. Distantia à meridie 91 gr. 34/: & distantia à puncto descendente in 19 gr. 2/ ♊. 16 gr. 1/. Quamobrem datur Altitudo Lunæ hoc tempore 10 gr. 49/ 30// quæ citra errorem etiam Altitudin. ☉ applicari potest. Proinde exsistit Parallaxis ☉ 2/ 56//. Lunæ 59/ 27//. Parallaxis Altitudin. à ☉ 56/ 31. Angulus Eclipticæ cum Verticali 48 gr 14/. Hinc emergit parallaxis Longitud Lunæ ad Solem 37/ 39//. & Parallaxis Latitud. Lun. ad Sol. 42/ 9// Cùm igitur hæc Parallaxis Longitudinis ☽ præcisè congruat evectioni Lunæ motus enim horarius Lunæ datur 30/ 7//, quid 15/ temporis? Resp.

7/32//

7/32//: quæ motui horario Lunæ addita efficiunt 37/39// æqualia Parallaxi Longitudinis ☽: ideoq; colligo jam intervallum inter veram & visam ☌ à me rectè esse adinventum, videlicet 1 hor. 15/: quod intervallum additum tempori veræ ☌ Luminarium ostendit tempus apparens visæ maximæ Eclipsis.

H.	M.	S.	
4	51	18	Tempus veræ ☌ Lum. sup. *cap. 2.* inventum.
1	15	0	Intervallum inter veram & visam ☌ add.
6	6	18	Tempus visæ maximæ Eclipsis ☉ Athenis.

Continuatio reliquorum duorum Exemplorum.

In Aractensi Eclipsi ☉ ad investigandam Parallaxin Longitudinis & Latitudinis Luminarium retro per unam horam ad ☌ veram, datur locus ☉ ad tempus illud 7 gr. 59/ ♒. A.R. ☉ 310 gr 25/. Distantia à medio cœli 54 gr. 10/. Declinatio Australis 18 gr. 23/. Distantia à puncto Ascendente 54 grad. 1/. Ergo ex hisce tribus 1 ex distantia poli & Horizontis 54 gr. 2. Ex excessu Declin. ☉ supra Quadrantem 108 gr. 23/. 3. Ex distantia ☉ à Meridiano 54 gr 10/, elicitur Altitudo Luminarium 15 gr 19/. Angulus Eclipticæ cum Verticali 62 gr. 11/30//. Parallaxis ☉ 2/54//. Lunæ 59/41//, in semidiametris 55, 49/. Parallaxis Altitudinis ☽ à ☉ 56/47//. Parallaxis Longitud ☽ ad ☉ 26/30//. Latitudinis ☽ ad ☉ 50/13//. Cùm igitur motus ☽ horarius verus detur 37/4// argumento est visam ☌ Luminarium nondum per unam horam à vera abesse. Proinde eadem Parallaxis Longitudinis & Latitudinis ☽ investigetur etiam ad tempus veræ ☌ Luminarium, ad quod ☉ extitit in 8 gr. 1/ ♒. AR ejus fuit 310 gr. 27/. Distantia à Meridiano 39 gr. 10/. Punctum Oriens 2 gr 3/ ♈. Distantia à puncto signi Orient 54 gr. 2/. Declinat. ☉ 18 gr 23/. Hinc emergit Altitudo Luminarium 24 gr. 12/. Parallaxis ☉ 2/45//: Lunæ 56/35//. Parallaxis Altitudinis ☽ à ☉ 53/50//. Angulus Eclipticæ cum Verticali 56 gr. 31/. Parallaxis Longitud. ☽ ad ☉ 29/47//. Parallax Latit. ☽ 44/54//. Visus motus horarius ☽ 35/16//. Differentia inter Parallaxin Longitudinis ☽ ad 1 horam ante ☌ veram & verum motum horarium ☽ est 5/34//. Hinc emergit inter veram & visam ☌ intervallum 50/32// ad quod tempus datur evectio ☽ à ☉ 27/0//. & ipsa Parallaxis Longitudinis ☽ ad tempus visæ ☌ Luminar. 27/0//. Unde tempus visæ ☌ rectè determinatum esse arguitur.

H. M.

H.	M.	S.	
9	23	22	Tempus veræ ☌ Lum. sup. inventum.
	50	32	Intervallum inter veram & visam ☌ subtr.
8	32	50	Tempus visæ ☌ ☉ & ☽ & maximæ Eclipsis.

In tertio exemplo defectionis ☉ ad annum Christi 1645 inquiro primùm Parallaxin Longitudin. & Latitud. ☽ ad tempus veræ ☌ Luminarium: ubi locus eorum existit in 28 gr. 30/ ♌. Declinatio ☉ 12 gr. 2/ 10//. Distantia à medio cœli 8 gr. 30/ 30//. Distantia poli & Horizontis 34 gr. 6/. Datur hinc Altitudo Luminarium supra Horizontem 45 gr. 38. Distantia ☉ à puncto Orientis 77 gr. 3/. Angulus Eclipticæ cum Verticali 76 gr. 24/ Parallaxis Longitud. ☽ ad ☉ 9/ 39//. Parallax. Latit ☽ ad ☉ 39 55//. Cùm igitur hîc Longitudinis ☽ Parallaxis nondum exæquet medietatem motus horarii veri ☽, colligo intra semihoram fieri copulam veram & visam Luminarium. Quamobrem inquirenda est etiam Parallaxis Longitudinis & Latitudinis ☽ ante semissem Conjunctionis veræ, ubi datur Complementum Declin. ☉ 77 gr. 57/ 25//. Distantia ☉ à Merid. 1 gr 2/. Altitudo Luminarium supra Horizontem 46 gr. 8/. Angulus Eclipticæ cum Verticali 70 gr. 24/. Parallaxis Longitud ☽ ad ☉ 13/ 39. Latitudinis ☽ 38/ 41//. Motus horarius ☽ verus datus fuit 30/ 59// visus verò emergit 26 59/. Differentia inter Parallaxin Longitud. ☽ ante semissem ☌ veræ, & motum horarium verum, est 17/ 20//. Proinde intervallum inter veram & visam copulam Luminarium resultat 21/ 27//, ad quod tempus datur evectio ☽ 11/ 5//. & Parall. Long. ☽ itidem 11/ 5//.

H.	M.	S.	
12	34	7	Tempus veræ Synodi Luminar.
	21	27	Intervall. inter veram & visam ☌ subtr.
12	12	40	Tempus visæ ☌ Luminar. & maximæ Eclips. ☉ ad meridianum Uraniburgicum.

CAPUT V.

De æstimanda quantitate Eclipsis Solaris & Lunaris, juxta digitos Eclipticos digitorumq; scrupula.

HActenus in duobus præcedentibus capitibus de Parallaxi Longitudinis ac Latitudinis ☽ investiganda, quæ tantùm Solares concernit Eclipses, actum fuit; jam verò ad utriusq; Luminaris Eclipsigra-

pſigraphiam revertimur, & modum digitos vel puncta Ecliptica inveſtigandi tam in defectione ☉ quàm ☽ conjungimus. Nam ex Theorica Planetarum notum eſt, quod Luminarium diameter, ceu As & integrum quoddam, ab Aſtronomis, ad determinandam Eclipſium ☉ ac ☽ magnitudinem, diſtribuatur in partes 12, quæ nonnulli Puncta, alii uncias ſeu duodecim diametri partes, pleriq; autem digitos vocant.

Quod igitur primùm Obſcurationes ☉ attinet, in illis tempore viſibilis ☌ rectè conſtituto, atq; , ut decet, æquato, cognitoq́; intervallo inter veram & viſam Synodum, primùm Latitudo ☽ vera in ſcrupulis primis ac ſecundis per coæquatum motum Latitudinis ☽ tempori viſibilis ☌ competentem *ex Tabulæ vera Latitud.* ☽ *ſub. lit. O.* inquiratur: Deinde quoq; Parallaxis Latitudinis ☽ ad idem tempus in promtu ſit. Coæquatus verò motus Latitudinis ☽ acquiritur, ſi evectioni ☽ ad intervallum inter veram ac viſam ☌ addatur etiam motus æqualis ☉, ſiq́; is motus cum evectione ☽ aggregatus adimatur vel addatur coæquato motui Latitudinis ☽, prout viſa ☌ vel præcedit vel ſequitur veram. Parallaxis autem Latitudinis ☽ ſemper Latitudini Lunæ ſeptentrionali veræ eſt aufferenda, Meridionali Latitudini veræ addenda, nobis ſcilicet omnibus, qui à ſecundo Climate Septentrionali usq; ad ultimum porrigimur, & Eclipticam infra verticem ad Meridiem intuemur: reliquis autem modo contrario Parallaxis Latitudinis ☽ veræ Latitudini ☽ Septentrionali eſt addenda & Meridionali auferenda: ſic enim relinquitur viſa Latitudo ☽ ad tempus viſibilis ☌ Luminarium, quæ retinebit denominationem majoris numeri, vel in Parallaxi Latitudinis ☽, quæ nobis Lunam in meridiem projicit, & ideo Auſtralis eſt, vel in Latitudine ipſa Lunæ vera, ſive Septentrionali ſive Auſtrali. Itaq; de Solaris obſcurationis magnitudine judicium ferendum eſt ex viſa Latitudine ☽ atq; aggregato ſemidiametrorum Solis & Lunæ: ſi enim viſa Latitudo Lunæ eſt minima, ita ut centra Luminarium ſibi invicem videantur propinquiſſima, tunc accidit maxima obſcuratio ☉, ſicut paulò poſt in prima Eclipſi ☉ tale exemplum occurrit, ubi viſa Latitudo ☽ nondum unum minutum complet, unde & omninò totalis Eclipſis ☉ fuit, quæ initio belli Peloponneſiaci accidit: At ſi Latitudo ☽ viſibilis ad aliquot minuta excreverit, ita tamen ut non ſuperet ſummam Semidiametrorum ☉ & ☽, tunc ſaltem partialis habenda eſt Eclipſis ☉. Tempus autem obſcurationis in digitis eorumq́; ſcrupulis elicitur quando Semidiametri Luminarium correctæ in unam conjiciuntur ſummam: ſiquidem hîc obſervandum eſt, quod magiſter

restituti motus Luminarium Christianus S. Longomontanus Semidiametrum ☽ in elevatione poli à 50 ad 74 gradus, ob aëris inæqualem temperiem, in novilunio Ecliptico decrescere; in plenilunio autem excrescere deprehenderit: ideoq; consulenda est Tabella infra scripta, ex qua Semidiameter ☽ tam in interlunio quàm plenilunio Ecliptico, intra has datas Latitudines locorum, secundum notam subtractionis vel additionis, prius limitanda, & postea cum Semidiametro ☉ conjungenda est. Hinc & Kepplerus huic observationi, in *Tabulis Rudolphinis*, suffragatur, inquiens: *Et fortè aëris Lunaris tanta est altitudo, ut soliditas globi (Lunaris) demonstrativa circumcirca per eum uno scrupulo vel sesqui augeatur, vel etiam majori, pro diversitate aëris sublunaris.* Postea visa Latitudo ☽ à summa semidiametrorum ☉ ac ☽ detrahatur, & relinquitur pars deficiens. Hinc ex tali proportione emergunt digiti Ecliptici: qualium totum Luminare, vel tota diameter obscurati Luminaris æstimatur, e. g. duodecim digitorum, talium est pars deficiens, quæ in Eclipsibus Solaribus raro duodecim superat digitos: quocirca quando pars deficiens per diametrum Solis obscurati dividitur ex Tabula Sexagesimorum, & quotus in duodecim partes ducitur, tunc relinquuntur quæsiti digiti Ecliptici cum suis scrupulis primis & secundis.

In Eclipsi autem ☽ cum anomalia Lunæ coæquata ex *Tabula Semidiametrorum, sub lit* N. depromuntur Semidiameter ☽ atque umbræ: ex eadem etiam cum anomalia ☉ variatio umbræ excerpitur, semper auferenda à Semidiametro umbræ, ut ea limitata evadat, quæ cum Semidiametro ☽ ex Tabula subjecta prius limitata in unam conjicitur summam: à summa Latitudo ☽ vera deducatur, & relinquitur pars deficieus, quæ divisa per integram limitatam Latitudinem ☽, & productum in duodecim ductum, exhibebit duodecim digitos Eclipticos.

Tabella mutationis Semidiametri Lunæ in Eclipsibus ☉ ac ☽.

Elevatio poli à 50 grad. ad 74.		0 50	0 53	0 56	0 59	0 62	0 65	0 69	0 74
		′ ″	′ ″	′ ″	′ ″	′ ″	′ ″	′ ″	′ ″
Semidiameter ☽ in Eclipsi	☉ Subtr.	0.50	2. 0	3.30	4.30	5.15	5.45	6. 0	6.20
	☽ addend.	0 34	1.20	2.20	3. 0	3.30	3.50	4. 0	4.12

Conti-

Continuatio Eclipsium ☉.

In prima Eclipsi ☉ ad annum M. 3519 data est ad tempus visibilis ☌ Luminarium Parallaxis Latitudinis vergens in Austrum, ad Latitudinem 38 gr. Boream. 42′ 13″.

Coæquatus motus Latitudinis ☽ ita colligitur.

′	″	
37	39	Evectio ☽.
3	5	Motus ☉ ad intervall. 1 hor. 15′.
40	44	Addenda coæquato motui ☽ ad tempus veræ ☌.

Sex.	°			
2	51	2	38	Coæq. mot. Latitud. ☽ ad tempus veræ ☌.
2	51	43	22	Coæquat. motus Latit. ☽ ad tempus visæ ☌ ☉ & ☽.

Cum hoc elicitur vera Latitudo ☽ *ex Tabula* 0 43′ 8″. Sept.

′	″	
43	8	Latitudo ☽ Sept. vera ad tempus visæ ☌.
42	13	Parallaxis Latitud. ☽ vergens in Austrum.
0	55	Visa Latitudo ☽ Septentrionalis.

Semidiametri Luminarium.

☉		☽	
15	9	16	6
16	6		

31	15	Aggregatum Semidiametrorum.
0	55	Visa Latit. ☽.
30	20	Pars deficiens in scrupulis.

Diameter ☉, duplicando Semidiametrum ☉, 15. 9″ evadit 30′ 18″ Cum igitur pars deficiens coincidat cum diametro ☉ obscurati, nulla hîc opus est divisione, sed hanc Eclipsin ☉ fuisse integram, hoc est, duodecim digitorum, & proinde totalem, aspectuq; terribilem, manifestum est, ita ut & stellæ primæ magnitudinis, utpote Arcturus, spica ♍, Cor ♌, item ♀, facilè circa tempus hujus maximæ Eclipsis videri potuerint. Centralis enim fuit copula, Lunaq; totum corpus Solare obscuravit. Petavius, *lib. 8. de doctrina temporũ, pag. 792.* tantùm ponit digitos Eclipticos decem, min. 25. Calvisius autem undecim & 20. min: Restitutus verò motus Luminarium & exactus Parallaxis Latitudinis ☽ calculus planè totalem ☉ obscurationem ostendit.

In altera Eclipsi ☉ ab Albategnio anno Christi 901 Aractæ obser-vata, inventus fuit motus horarius verus 32/ 4//. Differentia Parallaxis Longitudinis datur 3/12//: Hinc emergit visus motus horarius ☽ 35/16// & distantia Parallaxis Longitudinis ☽ ante ☌ veram à motu horario vero 5/34//, quæ divisa per motum visum horarium ☽ dant 9/28//. cujus temporis complementum, videlicet 50/32//. est quæsitum intervallum inter veram & visam ☌ Luminarium subtrahendum à tempore veræ copulæ, ita ut tempus visibilis maximæ Eclipsis ☉ acciderit Aractæ hora 9. min. sec. 50. ante meridiem; ad quod tempus datur evectio ☽ 27/0//, & Parallaxis Longitud. ☽ etiam totidem minutorum 27/0//. Coæquatus motus Latitudinis ☽ ad idem tempus invenitur 2 sexag. 48 gr. 28 23//. Latitudo ☽ vera Septentr. 59/53//. Parallaxis Latitudinis ☽ 49/36//. Latitudo ☽ visa Sept. 10/17//. Semidiameter ☉ 15/25//. Semidiameter ☽ 16/47//. Aggregatum Semidiametrorum 32/12//. Pars deficiens in scrupulis 21 55. Quæ divisa per diametrum ☉ 30/ 50// exhibet 42 gr. 38/ 55// qui ducti in 12 partes efficiunt digitos 8 gr. 31/47//. Proinde partialis fuit Eclipsis, & paulò minus dodrante diametro Solis obscuratum fuit: id quod cum Muhammedis Aratensis animadversione antè recitata satis exactè convenit.

In tertia Eclipsi ☉ ad annum Christi 1645 diem 11 Augusti supputata inventus est motus horarius ☽ verus 30/ 59//. Differentia Parallaxium Longitudinis ☽ 4/0//. Hinc evadit motus horarius ☽ visus 26/59. Differentia inter Parallaxin Longitud. ☽ & motum horarium verum est 17/20//. quæ divisa per motum horarium ☽ visum suppeditat in tempore 38/33//. cujus complementum, quod est 21/27//, est intervallum inter veram ac visibilem ☌ Luminarium subtrahendũ à tempore veræ ☌ ita ut Uraniburgi hæc visibilis ☌ futura sit hora 12. min. 12 sec. 40. Ad hoc tempus invenitur evectio ☽ 11/5//. Parallaxis Longitud. ☽ itidem 11/5. Parallaxis Latitudinis ☽ vera datur 39/ 21//. Coæquatus motus Latitudinis ☽ ad tempus visibilis ☌ excerpitur 0 sex 9 gr 41/ 9//. Latitudo ☽ vera Septentr. 50/24//. & visa Latitudo ☽ etiam Septentr. 11/3//. Semidiameter ☉ est 15/ 6//. ☽ verò 16/ 23//, quæ ratione Latitudinis loci 55 gr. 54. ex præmissa Tabula correcta relinquitur 12/53//. Hinc Aggregatum Semidiametrorum existit 27/ 59//. & pars deficiens 16/ 56// quæ per diametrum ☉ 30/12// divisa efficit 33 gr. 38/ 32// qui quotus in 12 puncta ductus præbet magnitudinem Eclipsis ☉ 6 digitor. 43/42//.

Exempla Lunarium Eclipsium.

Paradigma primæ Eclipsis Lunaris, quæ accidit anno M. 3782. die 22 Junii, feria 4. hor. 8. min. 25. sec. 56. ad meridianum Thessalonicensem, suppeditavit coæquatum motum Latitudinis ☽ 5 sex. 56 gr. 50/8//, unde Latitudo ☽ Australis resultat 16/32//. Coæquata Anomalia ☽ data 5 sexag. 22 gr. 5/. Suggerit Semidiametrum ☽ plenæ 15/ 30//. Semidiametrum umbræ 43/21//. Anomalia ☉ o sex. 21 gr. dat adhuc variationem umbræ 1// subtrahendum, ita ut semidiameter umbræ correcta sit 43/ 20//. & ideo Aggregatum Semidiametrorum 58/50//. à quo subtracta Latitudo ☽ Australis relinquit partem deficientem 42/18//. Cùm igitur hæc superet diametrum ☽ quæ est 31/ 0//, non saltem est totalis Eclipsis, sed etiam est cum mora in umbra conjuncta, & major est duodecim digitis: nam primùm 3 /detracta à 42/18/, relinquunt adhuc 11/18//, quæ divisa per integram diametrum ☽ 31/0// efficiunt gradus 21. min. 52 quod productum per 12 multiplicatum ostendit digitos 4 & 22/, qui conjuncti cum prioribus 12 quantitatem hujus defectionis Lunaris 16 digitorum 22 minutorum faciunt.

In Eclipsi ☽ ad annum Christi 1601. diem 29. Novemb. coæquatus motus Latitud. ☽ datus est 2 sex. 54 gr. 0/ 10//; ideo Latitudo ☽ vera Septentrionalis etiam datur 31/18//. Semidiameter ☽ datur 17/18//, correcta verò 19/38//. Semidiameter umbræ per variationem limitata 46/29//. Aggregatum Semidiametrorũ 66/7//. Pars deficiens 34/49// quę divisa per diametrum ☽ 39/16// exhibet Quotum 53 gr. 12/1//, qui in 12 ductus constituit digitos Eclipticos 10. min. 38. sec. 24. inter quem calculum correctum & Tychonicum parum interest: sicut ex utriusq; collatione apparet. Nam & Tycho tot ponit digitos: in minutis verò exigua est discrepantia.

Deniq; in totali Eclipsi ☽ quæ ingruet die 4 Aprilis Anno Christi 1642 inventus est motus Latitudinis coæquatus o sex. 1 gr. 53/44//. elicitur ergo Latitudo ☽ vera S.A 9/54//. Semidiameter ☽ 16/24//. Correcta autem 18/44//. Penumbra terræ 44/44/ limitata per variationem. Aggregatum Semidiametrorum existit 63 28// & pars deficiens 53/34//, à quibus si diameter ☽, quæ est 37/28//, subtrahatur pro 12 digitis, relinquuntur adhuc 16/6//: ea divisa per integram diametrum ☽ dant 25 gr. 47/. & ducta in 12 augent adhuc quantitatem hujus obscurationis ☽ 5 digitis 9/24//. Ita ut digiti Ecliptici hujus Lunaris defectus futuri sint 17. min. 9. sec. 24.

CAPUT VI.

De Eclipsium Luminarium principio, fine, temporeq́; durationis determinando, unà cum explicatione quarundam apparentiarum circa easdem.

CUm in superioribus duobus capitibus de Eclipsibus Solaribus, quæ ad explicationem earum faciunt, sepositis interea Lunaribus, dictum fuerit, ideoq́: secus atq; initiò Solarium Eclipsium rationem Lunarium præposuimus. At quia nunc iterum utrasq́; conjungimus, iccirco priori modo rursus insistemus, & de iis, quæ ad Eclipsium Lunarium durationem investigandam spectant prius agemus: postmodum etiam præcepta ad Eclipses Solares pertinentia subjungemus.

Itaq; in Lunari Eclipsi partiali primùm summa Semidiametrorum ☽ & Umbræ in scrupula secunda resolvatur, hæc scrupula secunda quadrentur, hoc est, in se ducantur vel multiplicentur: deinde etiam Latitudo ☽ sic resoluta quadretur, & quadratum Latitudinis ☽ à quadrato Semidd. ☽ & Umbræ subtrahatur: Sic enim relinquitur quadratum, cujus radix ostendit spacium ☽ in propria Orbita, quod ea ab initio Eclipsis ad medium, vel à medio ad finem decurrit, & nomen scrupulorum ἐμπτώσεως, hoc est, incidentiæ vel casus accipit. Proinde hæc scrupula incidentiæ vel casus divisa per motum horarium exhibent tempus incidentiæ. Hoc tempus incidentiæ de tempore mediæ Eclipsis detractum, initium ejus, additum verò ad tempus mediæ Eclipsis ostendit finem Eclipsis.

In totali verò Eclipsi ☽ cùm initium totius obscurationis ☽, vel rursus initium ἀναπληρώσεως seu emersionis ☽ ex umbra [quod tempus dimidiæ moræ in umbra appellamus] cognoscendum sit: Iccirco accipienda est primùm differentia inter Semidiametrum ☽ & Semidiametrum umbræ terræ, hæc differentia resolvenda in scrupula & in se ducenda, vel quod idem est. quadratum ejus investigandum: Porrò ab hoc numero quadrato, auferendus est, ut prius, quadratus numerus Latitudinis ☽, & residui numeri extrahenda radix, quæ conversa in scrupula prima & secunda, divisaq; per motum horarium ☽ suppeditat tempus dimidiæ moræ ☽ in umbra. Quocirca id subtractum à tempore mediæ Eclipsis, manifestat tempus totalis obscurationis Lunæ. Idem tempus dimidiæ moræ ☽ in umbra ad tempus mediæ Eclipsis additum, tempus emersionis ☽

ex to-

ex totali umbra & recuperationis Luminis monstrat. Principium autem & finis incipientis desinentisq; Eclipsis investigatur ut ante de partiali ☽ Eclipsi dictum, Quando verò initium Eclipsis à fine subducitur, tota duratio innotescit. Eadem quoq; praxis per præceptum *Tabb. Reinholdi 52. & 63.* perficitur, cujus demonstrationem vide apud Copernicum, *lib. 4. Revolut. cap 32.*

In Solari Eclipsi, quia ea rarissimè est totalis, sic proceditur: Accipiatur Latitudo ☽ visa ad tempus visibilis ☌ ☉ & ☽, eaq; in scrupula secunda convertatur & quadretur: quadratum hoc à quadrato aggregati Semidiametrorum ☉ & ☽ auferatur, & residui numeri radix [quæ itidem nomen scrupulorum incidentiæ vel casus sortitur] per motum horarium ☽ visum dividatur: sic enim obtinebis tempus incrementi deliquii Solis, vel tempus incidentiæ, illudq́; spacium, quod ☉ ab initio ad medium obscurationis suæ decurrit: idem quoq; spacium absq; evidenti errore medio Eclipsis ☉ applicari potest, & finis ejusdem habebitur. Idem tempus incidentiæ duplicatum totam durationem exhibet. Si verò accuratiùs spacium illud inter medium & finem Eclipsis indagare velis, necesse est ut ad modum antè dictum Parallaxin Longitudinis ☽ ad tempus mediæ & finis Eclipsis ☉ conquiras, ejusq́; differentiã horario motui ☽ applices, ut visum obtineas, per quem eadem radix quadrata vel scrupula incidentiæ dividantur; sic enim exactum tempus recuperationis Luminis ☉, quod à medio ad finem Eclipsis, prodibit, quemadmodum & in *Præcepto 63. Tabb.* Reinholdi inculcatur. Quamobrem tempus initii Eclipsis ☉ de tempore finis detractum tempus durationis Eclipsis exhibebit.

Hisce nunc addimus aliquot Regulas ad apparentias Eclipsium, præsertim Solarium, rectè intelligendas & prædicendas facientes.

In parvis ☉ Eclipsibus potest fieri, ut Luminare diei in signis Ascensionum rectiorum, & Horizonte ortivo, vel in ipso vertice, vel etiam paululùm infra verticem versùs sinistram incipiat obscurari, & ab eadem plaga inferius lumen recuperet, Lunâ scil. ad ♑ properante: contrà circa Horizontem occiduum Lunâ à ♌ in Septentrionem delabente in signis rectiorum Descensionum, potest ☉ vel in imo margine, vel paulò superius ad sinistrum eclipsari, & rursus impleri lumine ab eadem plaga superius. His etiam consimilia possunt accidere circa nonagesimum gradum, ob magnam Parallaxium Latitudinis ☽ varietatem. Ordinariè autem fit principium Eclipsis ☉, in nostro quidem hæmisphario, à dextris

à dextris, & finis à parte Orientis ad sinistram: in Eclipsi verò Lunæ ordinariè fit contrarium: qua de re pluribus disserit Kepplerus, *in Optic. Astron. parte, fol. 411. & seqq.*

Quod verò non omnes totales ⊙ Eclipses adeò profundarum sint tenebrarum, ut diem in noctem convertant, & in cœlo stellas aspectui nostro detegant, facit haut dubiè materia illa crassa Solem in propria sede sæpe circumstans, quæ interdum circumfusa radiis Solaribus resplendet, & tantum luminis relinquit, ut mera nox pro die existere nequeat. Sed quando materia illa abest, & aer circa Solem purus & limpidus in talibus Solis Eclipsibus existit, diem in meram noctem abire, & Stellas interdiu conspici posse necesse est.

Sic etiam in Eclipsibus Lunaribus totalibus, illi, qui vel acie visus sunt præditi, vel per Telescopium Lunam inspiciunt, asserunt Lunam rubore satis claro per integrum totalis obscurationis tempus manere conspicuum, ita ut nolint credere, totam Lunam fuisse eclipsatam. Verùm enimverò rubor iste non à proprio ☽ lumine proficisci potest: cùm videamus eam, quando vertici appropinquat, è conspectu nostro plane amitti; nec est à radiis Solis per corpus Lunæ transmissis, cùm tota ☽ possideat corpus opacum, sed est à claritatis umbræ telluris à Sole illuminatæ ad Lunam repercussu, cujus claritatis minimam partem umbra ☽ absorbet. Et sic censent Galilæus, *in nuncio siderio*, & Kepplerus, *in Astron. parte optic. fol. 301.* & *in Epitome Astronom. lib. 6. pag. 870.* Ad præsagiendum autem colorem in Eclipsibus Lunaribus, sciendum est, quod ☽ tota deficiens in Altitudine magna faciat tenebras valde obscuras, unde quasi cinerea & subnigra apparet, præsertim quando est Apogæo vicinior: contrà circa Perigæum, & quando ad profunditatem Horizontis inclinat, sangvineo colore tincta est & clarè rubere videtur.

Colores Solarium Eclipsium, quæ raró sunt totales, ob ante dictam caussam & materiam Soli circumstantem, quæ quandoq; adest quandoque abest, non adeò certò prænunciari possunt, utut in Alphonsinis Tabulis extet Tabella, ex qua de coloribus Solarium Eclipsium nonnulli judicant. Cùm enim hoc judicium rata certitudine destituatur, nihil certi de coloribus Eclipsati Solis definiri potest.

Continuatio calculi trium Eclipsium Lunarium.

In prima Eclipsi ☽ aggregatum Semidiametri ☽ & umbræ datur 58. 50 min. quod efficit scrupula secunda 3530. quorum Quadratum e

124609[illegible]

12460900. Latitudo ☽ Australis inventa est 16/32// cujus scrupula secunda sunt 992 quorum quadratus numerus est 984064.

12460900 Quadrat. Aggreg. Semidd. ☽ & umbræ terræ.
984064 Quadrat. Latitud. Lunæ.
11476836 Residuum quadrat. cujus radix est secundum vulgarem Arithmeticam operando 3388. quæ in scrupula prima & secunda conversa, dant scrupula incidentiæ seu casus 56/28//. Motus horarius ☽ est 28/24// pro una hora: Per quem si scrupula incidentiæ dividantur emergit tempus incidentiæ 1 hor. 59/18//. Cùm autem hæc ☽ Eclipsis sit totalis, iccircò etiam tempus dimidiæ moræ in umbra erit investigandũ.

43 20 Semidiameter umbræ terræ.
15 30 Semidiameter ☽.
27 50 Residuum Semidd quod efficit 1670 scrupula secunda, quorum quadratus est 2788900
984064 Quadrat. Lat. ☽.
1804836 dat Radicem 1343. & scrupula moræ dimidiæ 22/23//, quæ itidem divisa per motum horarium ☽ ostendunt tempus dimidiæ moræ in umbra 47/17//. Tempus igitur initii & finis Eclipsis ☽ ita patescit.

H.	M.	S.	
8	25	56	Tempus mediæ Eclips. ☽ apparens ad Merid. Thessalonic.
1	59	18	Tempus incidentiæ.
6	26	38	Tempus initii Eclipsis.
10	25	14	Tempus finis Eclips. ☽.

H.	M.	S.	
8	25	56	
	47	17	Tempus dimid. moræ in umbra.
7	38	39	Initium totalis obscurationis ☽, quo ☽ Thessalonicæ orta fuit, sed obtenebrata.
9	13	13	Finis totalis obscurationis & emersionis ☽ ex umbra.

Tota duratio Eclipsis ☽ ita innotescit.

H.	M.	S.	
10	25	14	Finis Eclips.
6	26	38	Initium Eclips.
3	58	36	Tota duratio Eclips.

Tempus occasus ☉ Thessalonicæ accidit hora 7. min 30. ubi ☽ supra Horizontē ortivum ascendit, sed ferè tota obscurata, unde eò magis milites hac prodigiosa facie ☽ territi fuerunt. Proinde non mirum, plerosq; eorum, ob ignorantiam caussæ defectus ☽, in panicum terrorem conjectos esse.

In altera Eclipsi ☽ Tychonica prodeunt scrupula incidentiæ 58/15// quæ divisa per motum horarium ☽ 33/19// efficiunt tempus incidentiæ 1 hor. 44/54// Totamq; durationem 3 horarum, 29/48//. Hinc & tempus initii ac finis Eclipsis facilè acquiri potest. Nam initium hujus Eclipsis anno 1601. die 29. Novembr. fer. 1. hora 5. 12/56// à meridie, ad Meridianum Uraniburgicum, accidit, finis verò hor. 8. 42/44//.

In tertia Eclipsi inveniuntur scrupula incidentiæ & moræ dimidiæ 62/41//. quæ divisa per motum horarium ☽ 31/2// dant tempus incidentiæ seu dimidiam durationem Ecl. ☽ 2 hor. 1/11//. & totam durationem 4 horar. 2/22//. Scrupula moræ dimidiæ evadunt 24/3//. Tempusq; moræ dimidiæ 46/30//. Ita ut ad Meridianum Uraniburgicum principium Eclipsis hujus ☽ acciderit die 4 Aprilis Anno Christi 1642. hora 12. 38/14//. Principium verò totalis obscurationis extiterit hor 13. 52/55//. Tempus autem recuperationis luminis hor. 15. 25/55//. Finis verò Eclipsis ad eundem Meridianum hor. 16. 40/36//.

Continuatio Eclipsium ☉.

In prima Eclipsi Solari inveniuntur scrupula incidentiæ 31/14//, quæ divisa per motum horarium ☽ visum 28/33// exhibent tempus incrementi deliquii 1 hor. 5/38//. quod & citra sensibilem errorem fini Eclipsis ☉ applicari potest.

H.	M.	S.	
6	6	18	Tempus visæ max. Eclips. ☉ Athenis.
1	5	38	Tempus incrementi seu incidentiæ.
5	0	40	Initium Eclips. ☉ visæ Athenis.
7	11	56	Finis Eclips. ☉.

Cùm igitur ☉ Athenis occiderit hor. 7. min. 5. ut supra vidimus, sequitur, Solem ante suum occasum nondum integrum suum lumen recepisse; quanquam propemodum insensibilis defectus extiterit.

In altera Eclipsi ☉, quæ Aractæ visa est, inveniuntur scrupula incidentiæ 30/31//. quæ divisa per visum motum horarium ☽ 35/16//, dant tempus incidentiæ 51/55//.

H. M. S.

H.	M.	S.	
8	32	50	Tempus visæ Eclipſ. ☉ Aractæ.
	51	55	Tempus incidentiæ.
7	40	55	Initium Eclipſ. ☉ visæ Aractæ.
9	24	45	Finis Eclipſ. ☉.

In tertia Eclipſi ☉, quæ apparebit A.C.1645. die 11 Auguſti, S.V. inveniuntur ſcrupula incidentiæ vel caſus 25/ 43// quæ diviſa per viſum motum horarium ☽ 56/59// relinqvunt tempus incidentiæ 57/ 11// ita ut tota duratio Eclipſis ☉ futura ſit 1 hor. 54/ 22//. & initium Eclipſis ad meridianum Uraniburgicum h. 11. min 15. ſec. 27. ante merid. Finis vero hor. 1. min. 9. ſec. 51. poſt meridiem.

Caput VII.

De Typo tam Lunarium quàm Solarium Eclipſium delineando.

PRimùm pro Typis Eclipſium ☽ in plano repræſentandis formetur linea quædam A B in 70 partes diſtributa, & ex ea ſecundum ſcrupula Aggregati Semidiametrorum umbræ & ☽ ducatur circulus C E K I L. Idem fiat cum Semidiametro umbræ terræ correcta, ex qua formeter circulus interior C D M N O. Intervallo K M vel O L reſpondeat Semidiameter ☽ apparens. Major circulus E K I L in E verſus Occidentem, in K verſus Septentrionem, in I verſus Orientem, & in L verſus Meridiem tendit. Poſtea ducatur etiam Diameter transverſalis I C E, quæ Eclipticam ſeu viam Regiam ☉ denotet. Dehinc in promtu ſit vera Latitudo ☽ ad initium, medium, & finem Eclipſis. Ex Latitudine ☽ ad medium Eclipſis in quam plagam cœli defectio ☽ cadat perſpicitur. Exprimitur quoq; Latitudo ☽ tam ad initium quam finem Eclipſis verſus illam plagam, in quam Latitudo ☽ vergit, vel in Septentrionem, vel in meridiem. Proinde adminiculo Parallelæ Latitudo ſignata ad initium ponatur verſus occaſum in puncto F, reſpectu diſtantiæ ab E: nam in hoc puncto initium defectus ☽ accidit: Simili modo finem Eclipſis in Oriente ſub puncto G ſtatuas. Deinde juncta utriusq; extremę Latitudini in F & G connectatur recta linea, quæ in H biſecetur, ubi erit punctum ☽ Latitudinem ad medium Eclipſis deſignans. Aſſumtis jam tribus punctis ſingu-

larum Latitudinum pro centris, describantur tres circelli in quantitate Semidiametri ☽ inter se æquales, quæ quidem orbes Lunare corpus ad medium & extrema tempora defectus respectu positus ad Eclipticam repræsentabunt. Quin & ducantur lineæ rectæ ex C centro in duo puncta versus occasum, videlicet in F, & versus Ortum in G. Rursus etiam in segmento circuli majoris F G quæratur media pars respectu extremorum punctorum F G, quæ signatur lit. K, & ex ejus puncto per H formetur linea diagonalis in Ecliptica I C E sese secans, ut via ☽ in sua orbita eo exactiùs exhibeatur. Hoc enim pacto idea Eclipsis ☽ in plano satis convenienter erit descripta. Pro exemplo hîc habes Typum Eclipsis ☽ totalis ad annum Christi 1642 pluresq; typi in hisce decennalibus Ephemeridibus sequentur.



In Dia-

In Diagrammate hujus Eclipsis Lunaris est Circulus exterior F K I L major, cujus Semidiameter æqualis est Aggregato Semidiametrorum &☽ Umbræ, estq; 63 min. 28 sec. Linea I C E est Ecliptica. Linea F G est orbita vel semita ☽. Circulus interior M D O N est planum umbræ supra quod ☽ fertur, cujus Semidiameter est hîc 44 S 44//. In F est Eclipsis initium, ubi Latitudo ☽ Sept. Asc. invenitur 4/1//. In H est Eclipsis medium, ubi Latitudo ☽ datur Sept. Asc. 9/54//. In puncto G est finis Eclipsis, ubi invenitur Latit. ☽ S. A. 15/48//. Quocirca in hoc schemate ☽ ab Occidentali cœli parte Boreoq; tractu umbram incurrit, & ἔμπτωσις, seu incidentia in hoc tractu incipit. Mora verò tunc, cùm extremus ☽ limbus versatur in Peripheria circuli interioris: Dimidia verò mora tunc existit, cùm Centrum ☽ versatur in H. Mora autem desiit, quando limbus ☽ incipit emergere ex circumferentia circuli interioris in N. Eclipsis vero tota desinit, quando Centrum ☽ ad G pervenit, & hunc Orientalem suum limbum assequitur. Eodem modo & reliquos Eclipsium typos formare poteris, quando juxta præcedentia præcepta Semidiametros Umbræ terræ ac ☽, nec non Latitudinem ☽ ad initium, medium, & finem Eclipsis perscrutatus es.

Secundò, ad eundem ferè modum etiam Diagramma pro typo Eclipsis Solaris figurari potest: nam ex præmissa decempeda A B capiatur magnitudo ambarum Semidiametrorum ☉ & ☽, ita ut punctum S repræsentet centrum corporis Solaris, quod & hîc obscuratur ab opaco ☽ corpore. Linea verò F S H pro Ecliptica atq; itinere Regio Solis supponatur. Deinde pro delineanda Eclipsi ☉ sint hæc tria cognita: 1. Semidiameter ☉ apparens. 2. Semidiameter apparens ☽. 3. Latitudo ☽ visa ad initium, medium, & finem Eclipsis: quibus perspectis describatur circulus I G ad quantitatem Semidiametri ☉, qui corpus Solis repræsentet: postea visa Latitudo ☽ ad initium Eclipsis signetur in puncto D, ex cujus centro etiam ad quantitatem Semidiametri ☽ orbis Lunaris educatur, prout Latitudo vel Borea vel Austrina fuerit: Visa quoq; Latitudo ☽ ad finem Eclipsis in puncto C statuatur ex quo itidem orbis ☽ priori similis delineetur: Deinde traducatur recta à D in C in cujus medio centrum corporis opaci Lunæ Solem obumbrans ponatur, orbitaq; Lunæ, quoad fieri potest, oculis subjiciatur. Dehinc porrigantur duæ lineæ à S in D & C, cum linea D S Triangulum facientes. Linea igitur C D iter ☽ apparens referat: ab I verò in S semper 6 digiti obscurati numerantur, reliqui, si plures sint, post S seqvuntur. Atq; ita breviter Schema Eclipsis ☉ satis apposité describi potest.



In præfixo igitur Schemate est Semidiameter ☉ 1 S. 15/6//, Semidiameter ☽ correcta 12/53//. Visa Latitudo ☽ Sept. ad initium Eclipsis lit. D, eo modo quo & visa Latitudo ☽ ad medium Eclipsis eruta est, 9/17//. Latitudo verò Sept. ad medium Eclipsis *supra in cap. 5.* inventa est 11/3//. Deniq; visa Latitudo Sept. ad finem Eclipsis in lit. C. invenitur 12/49//. Et digiti Ecliptici 1 S. 6 D. 43/42//, ut supra *cap. 5.* Hoc pacto etiam typi reliquarum Eclipsium tam Lunarium quàm Solarium delineari atq; absolvi poterunt, inventis scilicet & perspectis omnibus requisitis, quæ modò enumerata fuerunt.

CAPUT IIX.

De Ratione pervestigandi Conjunctiones & Oppositiones Luminarium Eclipticas.

IN Eclipsibus Lunaribus conferenda est vera ☽ Latitudo ad tempus veræ ☍ cum summa Semidiametrorum ☽ & Umbræ terræ, quæ est Luna in Apogæo existente, ad correctas Tychonicas tabulas, 58/15//: In Perigæo verò 64/20//: Nam si hæc Latitudo minor erit sum̃a SSdd. tunc haut dubiè ☽ deficiet. E. g in prima Eclipsi ☽ ad annum Mundi 3782 inventa est Latitudo ☽ Australis 16/32//. Aggregatum verò SSdd. ☽ & umbræ 58/50//. Cùm igitur aggregatum 42/ & 18// superet Latitudinem ☽, rectè colligo illam ☍ fuisse Eclipticam. Rursus in Eclipsi ☽ ad annum Christi 1601. Latitudo ☽ vera Septentr. inventa est 31/18//. Summa verò SSdd. 66/7//. Unde iterum patet, hanc Syzygiam defectum Lunæ attulisse Deniq; in totali Lunæ Eclipsi, quæ accidet anno 1642 ad diem 4 April. data est Latit. ☽ vera Sept. 9/54//. & Aggregatum SSdd. 63 28//: Hinc magnam fore Eclipsin ☽ manifestum evadit.

Quod verò Eclipses Solares attinet, operosior est modus inquirendi utrum copula Luminarium futura sit Ecliptica, nec ne: Siquidem tunc visa Latitudo ☽ ad interstitium unius horæ ante vel post ☌ veram, prout novilunium ante 90 vel post 90 Eclipticæ gradum accidit, comparanda est cum Aggregato SSdd. ☉ & ☽, quod juxta Tychonis Tabulas ferè semper est 33/ plus minus: Si enim ipsa Latitudo ☽ visa fuerit minor summa SSdd.

IN Historiâ Dierum Criticorum primùm tenenda est Definitio Crisis, quod sit ὀξύῤῥοπος ἐν νόσῳ μεταβολὴ πρὸς σωτηρίην ἢ ὄλεθρον, quæ colligitur ex Hipp. lib. 1. Τῶν ἐπιδημιῶν, hoc est, Crisis est subita in Morbo conversio vel ad sanitatem, vel ad mortem. Morbus verò omnis judicatur, seu Crisi fit obnoxius, in ἀκμῇ & Augmento, quod secundum Tempus morbi est terminus à quo omnis Crisis. Hinc pro varia Morborum Differentia Crises aliæ fiunt celeriores, aliæ tardiores. Quippè alii morbi sunt Acuti, alii Chronici, alii velociter suam periodum decurrunt, hi sunt longiores. Rursus Acutorum alii sunt extremè peracuti, alii peracuti, alii simpliciter acuti, alii acuti ἐξ μεταπτώσεως seu decidentia. Extremè peracuti sunt, qui intra triduum, vel ad summum quatriduum perveniunt ad suum vigorem, & vel cum salute vel morte finiunt, cujusmodi sunt Febres pestilentes, Apoplexia & Epilepsia &c.

Peracuti verò sunt, qui die 5.6.7.& 8. judicantur, & etiam sunt Febres vel Pestilentes, vel Causones, vel Synochæ, Cholera, Angina, Lethargus, Peripneumonia, & his similes.

Simpliciter autem acuti sunt, qui ab 8. per 9. 11. 14 20. & 21. ad summum extenduntur & excurrunt, ceu itidem sunt præfati Morbi & alii, ut Pleurisis, Febres continuæ, Phrenitis &c.

Morbi acuti ex decidentia, vel rectius ex mutatione vel degeneratione, (qui & Tropici dicuntur) sunt, qui modo imperfecto judicantur, & ex unâ specie in aliam abeunt, ut: Si Pleuritis vel Scabies transit in Empyema, vel Abscessum thoracis; si Febris continua in Febrim Hecticam degenerat; vel Intermittens in Continuam vel vice versa Continua in Intermittentem. Et hi intra 40 Dies judicantur.

Chronici deniq; Morbi sunt, qui post 40 diem Crisin acquirunt, longiq; evadunt, ut sunt: Febris quartana, Hydrops, Phthisis. Hæ Differentiæ Morborum & Crisium ex Hipp. Aphorismis, item de Morbis Epidem: item ex libris prognos. & Gal. in hæc loca commentariis petitæ sunt; de quibus passim.

Observandæ hic etiam sunt aliæ Crisium distinctiones, quæ apud eosdem occurrunt: Siquidem alia Crisis est perfecta, ubi nihil reliquiarum morbidarum superest, sed quæ perfectè morbum solvit, alia imperfecta, quæ non omnino tollit morbum, sed tantùm facit ut æger facilius eum ferat. Vid. Gal. cap. 2. lib. 1. de dieb. decret. & Cap. 7. lib. 3. de causis Cris. apud eundem.

Ubi etiam notandum, quod plures contingant perfectæ Crises in calidis regionibus, sicut exempla ex elegantibus Historiis, quas Hipp. in lib. Epidem recitat, id declarant. Contrà in nostræ Germaniæ Regionib. & præsertim sub nostro Polo, & in nostro solo, quod climati 8, 9, & 10. à latitudine Gra. 49. ad 54. subjacet, rarius Crises perfectæ ad salutem eveniunt.

Quemadmodum enim de Regione ad Regionem & Climate ad Clima discrimen deprehenditur, ita quoque de Aere ad Aerem à calido ad calidiorem, notabilem differentiam ubiq; invenimus. Utrobiq; autem tam in calida quam frigida regione &c. Morbi Acuti & Chronici intra præfatos dies ad Crisin mortis perveniunt, quæ hic & illic semper perfecta est.

Cæterùm Acutos Morbos definitis Temporibus, modò paribus modò imparibus Diebus judicari, nec decretoriorum Dierum eandem esse rationem, sed alios aliis velocius, alios tardius, vel salutem vel perniciem ægro afferre, diuturnâ experientiâ exploratum est. Has autem operationes à certis causis dependere nemo sanæ mentis inficias ibit: οὐδὲν γὰρ (Hipp in lib de Aere, Aquis & locis inquit) ἄνευ φύσεως γίνεται, hoc est, nihil in natura fit sine naturâ vel sine causâ naturali: Itaq; moventem & efficientem Dierum criticorum causam cum rationalibus Medicis naturam esse rectè asseveramus, quam alii calorem insitum naturalem, alii Temperiem, alii Spiritum vocant.

Ast de nomine nulli litem movebimus, modò ad hanc naturæ vim respiciatur, quæ est Morborum Medicatrix, quæ humorem morbificum coquit, noxium à bono secernit, eumq; ad excretionem præparat, & tandem excludit. Proinde natura causa efficiens proxima & particularis Dierum Crisin molientium statuitur, quam Medici maximopere attendere debent; quemadmodum enim peritus Navium gubernator & Agricola ex Aere, Ventis, nubibus, & facie Solis Lunæque imminentes tempestates, aerisq; futuram dispositionem prævident: Ita & Medicus ex naturâ dependentis ex Temperie, Morbi idæa, Magnitudine, moribus deniq;

deniq; & motibus Morbi eventum vel ad sanitatem vel mortem tendentem prospiciet.

Deinde quoq; datur causa universalis Dierum Criticorum, quæ dependet à cœlesti Astrorum influxu, & ab Hipp. in Lib. de Aere, Aquis & Locis, & Galeno in Comm. aliisq; in locis agnita est, ut taceam alios Medicos tam veteres quam recentes, Philosophos Aristotelicos & Astronomos, inter quos hîc Abenesre & Ptolomæus familiam ducunt. Nam rectè scripsit D. Augustinus Tom. 3 suorum Operum lib. 3. de Trinitate c. 4. p. 93. lit. b. quod Corpora crassiora & inferiora per subtiliora potentioraq; quodam ordine regantur. Quamvis enim Astra per se sint bonæ Creaturæ, & eorum influxus necessarius non minus quam utilis: tamen cum ad universi conservationem generationum ac corruptionum vicissitudo ἐξ ἀνάγκης requiratur, Corporibus cœlestibus non solùm generatio, sed & corruptio rerum sublunarium tribuitur, non quod per se Cœlum φθορὰν intendat, sed quia per accidens corrumpit, ut per se generet, & per Accidens destruit, ut per se conservet. Adhæc etsi motus, positus, atq; influxus cœlestes omnes simpliciter boni & regulares sunt, nec non ob variarum specierum generationem & conservationem necessarii: tamen non omnes æq; omnibus salutares, hominumq; valetudini commodas esse nostræ Medicinæ dictator in præfato Libro suffragante, experientiâ loculentâ rerum magistra testatur, quod scilicet diversi Siderum aspectus variarum alterationum effectrices, & dispari bonitate præditi sint. Insuper supernos influxus per se & in suâ naturâ non maleficos, non contagiosos, non pestilentes esse: Attamen ἐνεργητικῶς Morbos & pestilentem constitutionem producere posse à multis retrò seculis observatum est. Hinc non tantùm caloris, frigoris, imbrium & siccitatis vices cum reliquis aeris tempestatibus: verùm etiam ipsa Sanitas & Morbus, Morsq; naturalis à cœlestium Corporum viribus suo modo dependent, quod & Aristoteles I. Meteo. comprobavit, inquiens: Mundus qui terram ambit cum supernis conversionibus sic comparatus est, ut omnis ejus virtus inde gubernetur. Et clarius sub finem lib 3. de gen. animal. idem inculcat, quando vim illam animalem ac spirabilem quæ per omnem naturam diffusa est, è Cœlis suam ducere originem, scribit. Quocirca, quemadmodum Astrorum motus & vires jam per longas observationes innotuerunt, unde ab Astrologis futuræ aeris mutationes & tempestates sæpè prænuntiantur, nec non temperamentorum constitutiones ex nota hominum Genesi determinantur; Ita etiam non dubitamus,

bitamus, dies decretorios, eorumq; Tempus ab influxu Corporum Cœlestium prædici posse. Etiamsi enim hæc Tempora non ita præcise ac definitè cognoscantur, ut perfectius dignosci nequeant, sufficit tamen hæc cognitio, tam ad futura præsagienda, quam ad ea quæ facta sunt cognoscenda & conservanda, quæ rarò fallit. Concludimus igitur universalem Dierum Criticorum causam esse, Astrorum influxus, qui bonam Crisin per se, malam verò per Accidens inferunt.

Jam si Philiatri de Crisi & eventu Morborum rectè volunt judicare, necesse est, ut quibusdam Astrologicis adminiculis sint instructi, nimirum sciant construere Genesin decumbentis ex natalitio ejus tempore, ut inde loca aneretica & infecta elicere queant. Deinde ad tempus primi Decubitus notent aspectus & configurationes Planetarum cum Luna. Luna enim superiorum vires excipiens, res potissimùm inferiores movet, eò quod Terræ proxima sit & cursus celeritate vires suas citius nobis communicet. Quod si ☽ in principio Morbi acuti nullum cum Planetis Aspectum inierit, considera, an alia quædam adsit Planetarum constellatio, quæ Morbum movere possit: Nam quando ☽ ad malos alicujus Planetæ Radios, præsertim si sit maleficus, perveniat, videbis tunc eum miras Tragœdias excitare & Mortem sæpè denotare. Si verò ☽ in principio ægritudinis cum aliquo benefico Planeta, exempli gratia vel cum ♃ vel cum ♀ cojerit, tunc ☽ ad □ aut oppositum harum erraticarum Radium perveniens, non adeò malas in Morbo mutationes producere valebit, cum à beneficorum Radiis foveatur.

Contrà constans est Astrologorum sententia ab Experientiâ stabilita, quod si ☽ incunte Morbo cum malefico Planeta congressa fuerit, aut in ejus Tetragono vel opposito extiterit, maximæ in Morbo alterationes sint expectandæ, tunc scilicet quando ☽ ad hostiles alios aspectus pervenit. Exempli gratia, si ☽ in primâ ægritudinis accessione juncta fuerit ♂ti, eaq; postmodum ♂tis quadratos, vel oppositos Radios attigerit, eventum Morbi perniciosum imò exitiosum fore arguet, nisi beneficorum radii hanc ♂tis malitiam validè represserint: Morbi enim acuti tam diu suam Crisin differre solent, donec ☽ suo motu ad Quadratum aut oppositum radium, cui ante juncta erat, aut idem omninò punctum similis aspectus attigerit. Sed ut hoc plenius cognoscamus, ad paucu-las speciales Historias & Exempla Dierum Decretoriorum nos convertemus, & Philiatrum quasi manu per eas ducemus, ut varietatem utriusque causæ Dies Criticos molientis inde prospicere & colligere possit.

Obje-

Objectiones verò, quæ contra hanc universalem caussam à plerisq; Medicis adduci solent sub finem harum Historiarum diluemus, earumq; Elenchos ostendemus. Eo autem ordine nobis progrediendum est, quem Definitio Crisis suggessit, ita quidem, ut primùm Historias Crisium salutarium, quæ nempe in salutem & pristinam valetudinem evaserunt: deinde verò pernitiosarum & mortiferarum Crisium Exempla attexamus & cum qualibet Historia speciem Morbi, ejus caussam & signa singularium Crisium conjungemus, ne de illis peculiaria Capita constituere opus habeamus.

HISTORIA I.

De
Quadam Reverenda Persona Febri synocha correpta, quæ die 7 largo Hæmorrhoidum fluxu soluta est.

Reverendus quidam Ecclesiastes Stetinensis Anno Christi 1627. die 5. Martii, Feria 2. Febre putrida continuâ inopinatâ corripiebatur, quæ sese primùm cum Horripilatione, angustiis Cordis & Cardialgiá, postmodum intenso æstu, siti & dolore Hypochondriorum exerebat, Urina valdè erat rubicunda & tincta, Temperamentum melancholicum, ipsaq; Febris non nisi ab infarctu Lienis & Venarum Mesaraicarum nec non vitiosis, pituitosis ac Melancholicis Humoribus proficiscebatur.

Die II. Cardialgia recurrebat, ægrè respirabat æger, ob vasa sanguine flatuoso repleta, conquerebatur insuper de gravante dolore circa spinã Dorsi & Lumbos quibus ægrè incumbebat. Multa enim Sangvinis portio deorsum tendens, lumborum dolorem inferebat. Præterea, dolor oris Ventriculi atq; æstus & sitis eum infestabant propter serum sanguinis in Ventrem confluens. Suspicabar aliquam instare Crisin, quam ante nominata Accidentia indicabant, quæ & subsecuta est; nam sub noctem Hæmorrhoidum fluxus, satis largus supervenit, quo Lien & Mesenterium à suo infarctu liberabantur, nec dubium est, quin per internas Hæmorrhoidum Venas à Ramo Venæ portæ Splenetico oriundas, quæ in prædicto viscere dissem inantur, evacuatio facta sit: Siquidem & Sanguis non adeò fuit crassus, quemadmodum is solet esse, qui per externas Hæmorrhoidum Venas sese exonerare solet.

Cùm eum manè die 12 inviserem, hanc Crisin mihi lætus retulit, jussit etiam mihi ostendi suam Urinam, in qua solita antè rubedo planè desierat, & sani hominis color citrinus cum aliquo sedimento conspiciebatur. Insuper etiam illa molesta accidentia, videlicet dolorem Spinæ dorsi atq; Lumborum, caloremq; Hypochondriorum evanuisse affirmabat.

Cœlestis hujus Crisis caussa etiam ab Astris significata fuit. Nam sub Tempus primi decubitus erat □ ♃ ☽, quem sequente Die Oppositio ☉ ♄ sequebatur, ubi Morbus ingravescebat. Quando verò ☽ die 7 Morbi currente ♃ ad ☍ ☽ veniebat, & laudabilis & benignus ♃ ac ☉ △ subsequebatur, non nisi bonam Morbi Crisin & eventum significare poterant. Eodem modo observavi etiam Mulierculas quasdam acutâ Febre vexatas per Menstruum Uteri fluxum ita judicatas fuisse, ubi eadem Signa, utpote, Gravitas Lumborum, Dolor oris Ventriculi & Cardialgia præcesserunt, quemadmodũ Hipp. in Coacis prænotio. & in Prorheticis Exempla hujusmodi Crisium recenset: Ut & Galenus in Comm. super hæc loca, & lib 3. de Crisibus, quorum lectio hisce adjungi potest. Deprehendi tamen plerumq; eas Crises valdè esse imperfectas, & proinde parum juvare, nisi & alvus unâ saburram vitiosorum humorum exoneret. Hæmorrhoidum autem fluxui magis est fidendum, nam illa Crisis est magis fida & insuper à multis aliis liberat Morbis, sicut videre est apud Hipp. lib. 6. de morb. popul. part. 3. & 6. Aphor. Sect. II.

HISTORIA II.

De

Crisi per Hæmorrhagiam seu profluvium sangvinis è Naribus in Viro juvene die itidem 7. factâ.

CIrca Hyemem Anni 1621. Febres putridæ & Synochæ Stargardiæ Pomeranorũ grassari cœperunt, tam apud Juvenes quam Seniores: hac Synocho etiam Vir Juvenis quasi 30 Annorum, nomine, JOHANNES BRÜSSINGER, Civis & Mercator Stargardiensis die 17. Decemb. ejusdem Anni sub conjunctionem ♃ & ☽ correptus est, siquidem primùm eum horror invasit, deinde continuus calor præter naturalis, quem vehemens Capitis dolor excepit.

Speraverat autem hanc Cephalalgiam cum calore remissuram, unde pr-

de primis Diebus, nihil opis Medicæ desiderabat: & cum non cessaret ille dolor, ex Consilio sui Affinis & Pharmacopolæ ibidem Dn: Joviniani Cæsaris, Oxyrrhodinum ex Nucleis Persicorum cum Aq. Rosar. & Acet. destil. paratum admisit, quo tamen applicato dolor Capitis sedari noluit. Quocirca & ego die 23. Decemb. per præfatum Pharmacopæum ad eum circa meridiem sum vocatus, ubi mihi Urina ejus valdè perturbata, qualis Jumentorum esse solet, est ostensa. Memor igitur 4. Aphorismi 70. Hipp. ex ejus inspectione pronuntiavi, Cephalalgiam haud dubiè hic adesse: Nam quando multitudo crudæ & crassæ materiæ vel seri in Venis à calore febrili agitatur, in flatus aliquâ ex parte convertitur qui eam perturbationem in sero Urinæ efficiunt. Flatulenti enim Spiritus unâ cum Urinâ effluunt, sicut ex allegato Aphorismo Hipp. apparet. Ille omninò se vehementi dolore Capitis laborare asseveravit, qui si removeri posset, reliqua Symptomata facilius toleraturum addidit.

Voluerunt astantes, velut & Æger ipse, ut Phlebotomiam administrari curarem: Ego cum viderem faciem Febricitantis rubore suffusam per excursum Sangvinis mitiore bile perfusi, & prægrandem Cephalalgiam adesse, Pulsum quoq; in Temporibus ægri ingentem & ægro ipsi perceptibilem atq; molestum; ex dilatatione nimirum Venarũ extraordinaria, undè & existit repletio particularis Arteriarum, vel etiã partium in quibus illæ emicant, suspicabar in procinctu esse Hæmorrhagiam. Nam hæc Signa imminentis Hæmorrhagiæ dictator priscæ Medicinæ in Coacis prænotionibus textu 147. nobis reliquit. Unde dixi hoc præsidium in crastinum diem esse differendum: Nam ipsam Naturam aliquid in Sangvinis excretione molituram. Quod & circa vesperam ejus Diei factum, ultra Libram Sangvinis per Nares profudit, imò tantum, quantum nec larga Phlebotomia detractum fuisset. Hac Crisi factâ, statim molesta illa Symptomata remiserunt, unde ego ad præsidium Venæ sectionis accedere nolui, memor lib. 1. Aphor. Aph. 20. quæ judicantur & judicata sunt integrè, nec movere, neq; aliud quicquã innovare vel Medicamentis vel aliis irritamentis, sed sinere oportet. Quia tamen sequentibus diebus dolor Capitis & æstus recurrebant, imperfectam illam Crisin fuisse colligebam. Proinde Clysmate & blando Purgante Medicamento Bilem sangvini permixtam, & ejus fervorem intendentem detrahere studui. Hinc natura ipsa circa 30. iterum aliquam Hæmorrhagiam moliebatur, à quâ Æger melius habere, & omnia in melius vergere ceperunt.

Philia-

Philiatri duo hic observent 1. Magnam esse expectationem Hæmorrhagiæ Criticæ in Morbis acutis apud Iuvenes, quam si neq; Medicus prævidere, neq; prævisam cum in propinquo est, velut digito judicare novit, vix videtur summam vituperationem posse evitari, ut rectè Ludov. Duretus in Comment. super Coacas prænotiones Hipp. p. 77. scripsit. Deinde eventum hujus morbi ferè laudabilem ex Astrologicis causis colligere licebat, ingruebat enim morbus die 17 Decemb. sub benevolam conjunctionem ♃ & ☽ ante meridiem cum Luna die 7. Morbi ad □ ♃ perveniret, Hæmorrhagia Narium superveniebat. Planè autem solvebatur Morbus circa ☍ ♃ & ☽ nimirum 14 morbi.

Historia III.

De

Quodam Febre petechiali laborante, qui Diarrhoea die 17. Morbi judicatus est.

Pictor quidam Vicinus meus Stargardiæ Anno 1623 Die 12 Februarii sub conjunctionem ♂ ☽ Febre putridâ & acutâ correptus est, quæ validum ac vehementem sitim secum traxit, undè multum bibere coactus est, doloresq; in Scapulis exquisitos percepit, insuper vigiles noctes egit, nihilq; comedere potuit.

Die 9. Morbi Maculæ subvirides in pectore & Manibus nec non toto dorso erumpebant, quæ Lenticulis aut Pulicum puncturis similes erant, undè hæc Febris Petechialis dicitur, quæ ad 11. diem perseverabat. Die 12. iterum evanescebant, & licet cordialia Medicamenta usurparet, tamen denuò ad ambitum Corporis expelli nequiverunt, unde omnia quotidiè in peius ruebant. Nam Facies tota evadebat Hippocratica, lividentes rigebant buccæ & Ungves, summa aderat virium dejectio, & Pulsuum langvor. Nasus acutus, tempora collapsa, & præterea surdaster evadebat, quæ Symptomata in manifestum Mortis discrimen hunc ægrum vocabant; manus & pedes à nimiâ Nervorum siccitate tremebant, jacebat oculis semiapertis, quæ lethalia Signa ad diem 17. perseverabant.

Cùm autem Morbis naturæ mediantur; ut rectè Hippoc. 6. Epid. Sect. 5. pag. 273. nos docuit, ecce ructus ac flatus silentes, crepitusq; Ventris atq; inflatio hunc Ægrum invadebant, qualia Signa Hippoc. in Coacis prænotionibus Tex. 148. Diarrhoeæ prænuncia recenset. Et Alvus fastidiota

ſtidioſa atq; acerrimi ſenſus, hunc ægrum magis anxium virium exolutarum & omnis loci impatientem reddidit, ob ſtomachum pravorum humorum morſibus valdè afflictum. Quid fit? Alvus repentè fluere cœpit, & in ſumma virium proſtratione cruda, billioſa, fervida, porracea, graveolentiaq; per triduum dejecit, quotidiè octies & decies, plus minus. Sic iſte æger, qui moribundus jacebat, hac eximiâ ſuperveniente Criſi, etiam ab aſtris ſignificata [die enim 28 Februarii, qui erat ſeptimus ac decimus ab initio morbi, △☉♃, amica conſtellatio & hujus laudabilis criſis index accidunt] revixit.

Sic & meus Dn. Compater C. K. Anno 1623. die 18 Auguſti ſub □♂ febre putridâ, eaq; gravi corripiebatur, quâ per aliquot ſeptimanas ægrè decumbebat, die 25 Auguſti erat ☌♂☽, quâ Criſis quidem, licet valde imperfecta, accidebat: ſponte enim ſolvebatur alvus, & vitellinam acremq; bilis podicem ſuâ acrimoniâ infeſtantem dejiciebat. Imperfecta autam, ſicut dixi, hæc criſis fuit; quippe recidiva & alia quædam ſymptomata poſtmodum ſuperveniebant.

HISTORIA IV.

De

Juvene quodam 25. Annorum Febri acuta laborante, qui die quinta decretoria per ſudorem judicatus eſt.

JUvenis quidam Vir robuſtus 25 annorum, agriculturæ deditus & antea per ſuæ vitæ decurſum nullo morbo tentatus febre ſynocho Stargardiæ Pomeranorum die 1 Novembris Anno 1621 poſt meridiem ſub □♂☽ laborare cœpit, cum qua & capitis dolor, ſitis, omnium membrorum laſſitudo, ſolita ſcilicet accidentia, complicata fuerunt. Ad hunc die 2 Novembri ſum vocatus, eiq; nonnulla medicamenta, quę hîc recenſere ſupervacaneũ eſt, præſcripſi, unde & de die in diem meliuſculè habere cæpit. Die 5. morbi deprehendebam pulſum arteriarum undoſum & ad tactum corporis roridam quandam humiditatem cutisque mollitiem percipiebam, & quia dies quinta, quæ plerumque ſolet eſſe per ſudorem critica, teſte *Hippocrate 4. Aphoriſm. 36.* naturam ad ſudorem eſſe proclivẽ prædixi. Nec fefellit hoc prognoſticon: quippe pomeridiano tempore æger rigore quodam obruebatur, qui proficiſcebatur â motu naturæ, quæ è venis tenues acutosq; humores detrudebat in ambitum

corporis: iis enim per sensiles carneas partes discurrentibus, ipsasq; vellicantibus rigor excitatur, quam rationem etiam Galenus reddit *in lib de rigore &c.* Quocirca ubi ☽ ad oppositionem ♃ & conjunctionem ♀ sub incipientem diem 6 Novembris perveniebat, copiosi atq; calidi ex toto corpore eruperunt sudores, per quos peccantes ac superflui humores excernebantur, ita ut sudor instar guttaram pluviæ decidentium ex universo corpore extillaret & biduò persisteret. Fuit perfecta hæc Crisis, qualem eam Hippocrates *4. Aphorism 36. lib. 1. Epidemior. & in Coacis prænotionibus*, ut & *Galenus in arte medicina c. 19.* describunt. Talem Crisin raro apud nostrates homines, ob caussam in priore historia tactam, mihi observare contigit, & ubi accidit, singulare robur naturæ denotat.

HISTORIA V.

De

Quodam Febricitante, qui die 14 multâ crassâ exinanitâ urinâ judicatus & pedetentim à morbo liberatus est.

NOtarius quidam Publicus apud nos Anno 1617. die 19 Septemb. fer. 4. ante meridiem febriculâ correptus est cum molestis sub sinistro hypochondrio doloribus: distenta enim erant flatibus hypochondria, & hinc abdomen ipsi inflabatur & peccans materia βορβορέτμους murmuraq; excitabat, adeò ut præ illis vix jacere & de nocte dormire posset. Præscripsi aliquod Decoctum aperiens, flatus discutiens & materiam in viscerum viis latitanten per alvum leniter subducens, ex cujus usu meliusculè videbatur habere. Nihilominus tamen per vices flatus recurrebant, & hypochondria quasi suspensa erant. Hic autē Æger toto morbi decursu crassas mejebat urinas. Die 28 Septembris cum in Decocto aperiente pergeret, alvum, quæ antea copiosè excrementa dejiciebat, sicciorem evasisse, nec more solito suum velle facere officium animadvertebat. Urinæ turbidæ & spissæ manebant: prætereà de quodam ardore urinæ nec nō gravitate sub hypochondriis, neq; ulla indicia vel hæmorrhagiæ vel hæmorrhoidum, sudoris vel Vomiatus aderant, unde suspicabar, naturam ad excretionem urinæ criticam esse proclivem, & ad περίρροιαν promovendum fortiora diuretica adhibui, eaq; cum

spiritu

ſpiritu ſalis miſcui. Proinde ſub diem 2 Octobris æger urinam nigram, craſſam & copioſam aliquoties ex veſica exoneravit cum multo ſedimento conjunctam. Erat autem nigra Urina non per ſe, ſed à permixtione humoris atri, quem lien expurgabat & in renes deponebat, quale exemplum & Hippoc. *lib.* 3. *Epidem. ſect* 3. *hiſt.* 6. narrat. A multitudine hujus craſſæ & limoſæ urinæ æger pedententim meliùs habuit. Signa hujusmodi criſis etiam agnoſcunt *Galenus lib.* 3. *de criſibus cap. ultimo. Hippocrat. anté nominato loco & in Coacis Prænotion. ſect. de Urinis, textu* 26. Nota hîc cauſam Criſis auſtralem ac univerſalem. Ægrotus incepit ægrotare ſub oppoſitionem ♃ ac ☽ & Criſis ſubſecuta eſt die 14 ab initio morbi, cum ☽ ad conjunctionem ♃ properaret & ſextilis ♃ ♀ benigna præcederet, quæ haut dubiè hanc laudabilem excretionem provexit.

HISTORIA VI.

De
Quodam nobili Juvene febri Continuâ laborante & per Criſin copioſi vomitus liberato.

ANno 1627 die 5 Julii ad Nobilem quendam Juvenem 20. circiter annorum hoſpitantem penes Advocatum Fiſci Illuſtriſſ. noſtri Principis vocatus ſum. Is æger febre acutâ cum cardialgia conjuncta detinebatur. Et licetis ab uſu Julepii cordialis refrigerantis per biduum aliquod alleviamentum ſentiret, ſequentibus tamen diebus cardialgia illa cum magna moleſtia recurrit, ita ut die XI Julii de magno ſtomachi faſtidio & de morſu oris ventriculi graviore conquereretur. Cumq; humor bilioſus partes ſuperiores peteret, hypochondria tactu frigida evadebant: nam & calor nativus ad interiora recurrebat. Aderat etiam vehemens capitis dolor, vertigo tenebricoſa, oris amaritudo & oris ſtomachi dolor: quippe acres humores illud vellicabant & mordebant; hinc cardiogmus, ſtomachi faſtidium & alia ſymptomata. Quid fit? Ipſa natura per ſuperiora multum bilis acerrimæ aliquoties rejecit: Expultrix enim in hoc viro juvene valida & conſpicua erat. A copia bilis depoſita decumbens ſtatim meliùs ſeſe habere & à morbo recolligere cœpit. Initium morbi cecidit ſub tempus □ ♃ ☽ & △ ☉ ♃: Die 7. autem morbi ſub ☌ ♃ ☽ hæc criſis accidit.

HISTORIA VII.
De
Crisi per abscessum in poplite dextri pedis terminante.

VIdua quædam affinitate mihi conjuncta die 2 Junii Anno 1628. sub □ ♂ ☽ febre gravi cum cholera complicata ex improviso obruta, Quamvis autem à me tam contra febrem, quàm vomitus variis medicamentis certatũ fuerit, tamen hunc compositum affectum planè edomare non potui, donec natura in dextro poplite, in quo venæ sectio antea administrata erat, abscessum κατ' ἴξιν moliretur, per quem multa purulenta materia conpluribus diebus evacuata fuit. Incepit autem fluere abscessus, cum ☽ ab ☍ ♂ ad ☍ ♀ deflueret, circa 10 Julii, quadraginta propemodum ab initio morbi diebus, & per aliquot septimanas continuavit, ita ut lentè febris cum aliis accidentibus cessàverit. Observa hìc, quod si Mastiales constellationes cum Saturninis sub primordia morbi sint conjunctæ, plerumq́; diuturnitatem morbi & abscessum fore portendant. Hic enim ineunte morbo □ ♂ ☽, △ ♄ ☿ item ✶ ♄ ♀ concurrebant.

Et sic in septem historiis medicis particularem Crisium laudabilium rationem per hæmorrhoidum fluxum, per hæmorrhagiam & menstrua, per diarrhoeam, sudorem, Urinam, vomitum & deniq; abscessum unà cum horum causis ac signis universalibus succinctè proposui: jam etiam nonnullas crisium historias, quæ in mortem terminârunt, eadem methodo, sed breviter, attexam.

HISTORIA VIII.
De
Adolescente morbo extremè peracuto, nempe febre pestilente laborante, & die tertio morbi extincto.

NOtetur primùm, quod si febres pestilentes sub ☌ ♂ ☽ ingruant, sæpè Crises suas non differant, donec ☽ ad □ vel Oppositum ♂ radium perveniat, sed si vel ♀ in transitu locum ♂ radiis tangat, & sit in malo aspectu ♄ vel ♂, aut etiam Novilunium accesserit, sæpè agon mortis circa id tempus ingruere soleat, cujus rei hanc cape historiam.

Cum pestis apud nos Anno 1624. sub adultum autumnum inciperet grassari, præcipuorum Virorum filii hoc contagio etiam infecti fuerunt, inter quos quoq; fuit optimæ spei & indolis Adolescens 15 fermè annorum, qui die 29. Octobr. fer 6. capitis dolorem, & anxietates cum impetu accedentes persensit, ita ut post meridiem, quando ☌ ♂ ☽ contigit, se cubitum conferre coactus fuerit. Et licet à me Clysmata, Alexi pharmaca & alia utilia præsidia vehementiæ morbi opposita fuerint, tamen nihil profecerunt: Viribus enim prostratis delirium, syncope & magna inquietudo supervenerunt, adeo ut die 31. Octobris post meridiem morbus morte finitus sit, & bonus ille Adolescens cum magno cordolio suorum ac omnium bonorum luctu extremum clauserit diē. Mortis tempore ♀ primum gradum ♐ attigerat, quem ♂ in loco geniture obtinebat. In directionibus quoq; Horoscopus ad corpus ♂ pervenerat: natus enim erat Anno 1609. die 24. Decembris pridie Theophaniæ, fer. 1. ante meridiem.

HISTORIA IX.

De
Obitu Soceri mei, qui itidem febri pestilente die tertio extinctus est.

FEbres Pestilentes aspectus ☉ ac ☽ sequi non tantùm ex priore exemplo, sed & ex hoc præsente Dn. Soceri mei, Consulis olim Stetinensis, patet. Is enim, grassante apud nos Peste Anno 1630 die 30 Sept. post 2. pomeridianam, ubi Sol ad Sextilem Lunæ radium pervenerat, tanto horrore est correptus, ut per aliquot continuas horas eo concussus & in lecto jactatus sit, ex cujus diuturniore mora malignitatem hujus Febris extremè peracutæ conjicere licebat, præsertim cum eum perpetuus affligeret æstus. Hoc igitur in vitæ periculo constitutus meus socer mortem imminentem præsensit, suis valedixit & ex hac vita emigravit paulò antequam ☉ ad primam quadram Lunæ, quæ fiebat die 2 Octobr. revertebatur, nondum completo 57 ætatis suæ anno. Notet etiam hic Astrophilus, quod in Genesi Dn. Soceri mei secundum directionem Zodiacalem in annum labentem 57. ætatis Corpus ♂ ad Saturnum, qui tempore genituræ in ♒ hæsit, devolveretur, quæ conjunctio ♄ & ♂ in eodem signo, nempe quinto gradu ♒ triduum saltem ipsius decubitum præcedebat.

Historia X.

Trium Epilepticorum, qui intra unum diem hoc morbo occubuerunt.

Epilepsia in quibusdam longum est malum, in quibusdam verò morbus periculosissimus & extremè peracutus, qui sæpe intra diem imo nonnunquam citius jugulat; infantes inprimis & prægnantes: quando nimirum crebris accessionibus recurrit & symptomatum vehementiâ instat: Cerebrum enim primariò affectum ob suam præstantiam ac dignitatem gravissimos insultus diu nescit sustinere. Huic accedit symptomatum magnitudo, quando Epilepsia minima accessionum intervalla habet, imbecillesq; naturas, quales sunt infantum & gravidarum, invadit. Insuper causæ atrocitas eundem augit morbum, sive ea sit proxima sive remota: quò & pertinent malignæ constellationes, cum scilicet in genitura juxta Canones Astrologorum ☿ vel ☽ infausto Saturni aut Martis radio applicatur: Unde repente Comitiali morbo isti homines obruuntur, quando planetæ jam dicti horoscopum genituræ transeunt, & quando luminaria mundi vel ad nova signa vel aspectus radiosq; Planetarum tetragonos vel Oppositos perveniunt, etiamsi beneficorum radii sint admisti, id quod tribus exemplis duarum gravidarum & unius infantis breviter ostendam.

Juvenis quædam mulier gravida & vicina partui Anno 1624. die 21 Julii, horâ primâ matutinâ, cum ☽ ad Oppositionem ♄ tenderet, cœpit epilepticis convulsionibus corripi. Et licet undiq; variis hinc inde conquisitis medicamentis contra hunc gravissimum morbum pugnatum sit, nihilominus tamen morbus prævaluit, & paroxysmi tanta incrementa sumserunt, ut sub vesperam, cum ☽ ad ☍ ♃ deflueret, extincta sit. Idem etiam accidit in alia muliercula quæ instante partu die 10 Junii Anno 1628, cum ♂ & ♀ in XI. gradu ♌ Horoscopum genituræ transirent, & in ☍ ☽ constituerentur, Epilepsiâ infestata est, cumq; nihil conferre vellet, die XI ante meridiem ea succubuit. Sol tunc cardinale ♋ signum ingressus erat.

Hisce domesticum meum exemplum in filiolo meo quadrimestri primogenito addam. Nam & ille die 28 Novembr. fer. 7. Anno 1628 manè post septimam & usum balnei statim caduco morbo correptus est, &

eſt, & magnitudo atrocitasq; morbi omnem medicamentorum efficaciam eluſit, ita ut uno eodemq; die horâ .o. pomeridianâ obierit. In genitura mei filioli Luna affligebatur conjunctione ♄ & ☿ necnon □ ♂. Quando ☉ cum ☿ Horoſcopum ejus in 16. gradu ♐ percurrebat, inſultum comitialem primùm ſenſit, cumq; ☽ ad △ ♃ pergeret, ille hoc morbo vitam finiit.

HISTORIA XI.

De *Quodam Nobili juvene repentè Empyemate ſuffocato.*

INter morbos extremè peracutos referuntur etiam Catarrhi ſuffocativi, dyſpnœa & Empyema: ſiquidem & cum hiſce morbis ita comparatum eſt, ut ſæpe celeriter hominem è medio tollant, cujus rei hanc percipe hiſtoriam.

Nobilis juvenis Dn. Chriſtophorus Egenolphus Crato Ulmenſis Anno 1620. Wittebergæ literis operam navans, empyemate ſeu ſuppuratione laborabat, quæ nihil aliud eſt, quàm affectus in numero toto genere præter naturam, ex collectione purulentę cujusdam materię in media thoracis ac pulmonum regione nata, quæ violentam expuitionem, reſpirandi difficultatem & febriculam ſecum trahit. Hic juvenis per unam atq; alteram ſeptimanā ſcabie, deinde etiam tumore pedū, laborabat; quæ accidentia corporis, cum adhuc ambulare poſſet, nō magnopere curavit, licet indeſinente tuſſiendi cupiditate tentaretur & graveolentem fœtidumq; ex ore mitteret halitum, quæ ſigna ſolent eſſe hujus morbi diagnoſtica, ſicut ea noſter dictator Hippoc. *lib. 2. prognoſt.* commemorat. Quid fit? die 15 Novemb. Anno 1620 fer. 4. purulenta illa materia in cavitate thoracis contenta moliebatur excluſionem: Etenim vomicâ rupta tota thoracis capacitas pure lento; tenace, glutinoſo erat repleta, à qua jam jam æger ſuffocari videbatur. Quamvis etiam exquiſitis medicamentis æger refectus fuerit, nihilominus tamen ſub lucta naturæ & morbi tandem hic ingenuus juvenis ſuccubuit & die 16 Novembr. circa horam tertiam matutinam hac exſcreandi difficultate ſatis ſuperq; fatigatus & erectus ſedens inter vivos eſſe deſiit. Hoc empyema citra ullum dubium ſuam originem ex exſudatione humorum vitioſorum in

cavita-

cavitatem thoracis traxit, quæ colluvies ibidem collecta tandem in pus versa est. Pus exitum quærens præ nimia crassitie sua infarctu respirationis organa subduxit, unde hic juvenis nobilis tandem fuit suffocatus: graveolentia etiam oris ex nulla alia causa quam ex hac puris generatione proficiscebatur. In genesi hujus juvenis, quæ incidit in Annum 1600, diem 22 Januarii, manifestum vitæ periculum astra ostendunt: Conjunctio enim ♂ & ♃ in igneo signo leonis & ♂ supra benevolos elevatus præcalidam Epatis constitutionem denotavit, unde serosa humorum colluvies in pectore collecta & in id exudans empyema, in ambitu corporis autem scabiem, tumorem pedum & pustulas attulit. ♀ in initio ♑, domus ♄ & ⚹ eius aspectu reddit graveolentes. Abscissor autem vitæ hîc est ♄, eò quod cuspidem vitæ obsideat, qui ad quadratum radium, Domini octavæ, accedens vitam abbreviavit, præsertim cum cætera consentiant: Incidit enim in labentem annum ætatis hujus Nati 21. gemina directio, videlicet ♂ ex Medio coeli ad sextilem ♄, qui in signis longarum ascensionum pro quadrato habetur, & Saturni ad □ ☿: Saturnus autem autor est scabiei, hydropis, Catarrhorum ad pulmones atque pectus decumbentium. Denatus est, cum ☽ ad locum ♀ radicis capricornum perveniret, & Mars Veneri occurreret, quæ causa cœlestis hîc notanda.

HISTORIÆ ULTIMÆ.

De

Obitu cujusdam Lethargicæ Virginis & puellæ peracutâ febre laborantis, quartâ die extinctarum.

AD extremè peracutos morbos illi quoq; referuntur, qui quarto die jugulant, cujusmodi sunt Lethargus & febres quædam extremè malignæ, quemadmodum præsens historia duarum fœmellarum nos edocebit. Soror Dn. Johannis Holtzwerthers/ Pharmacopœi olim Stetinensis, Virgo 20 quasi annorum, die 11 Novembris fer. 3 Anno 1628, sub horam tertiam pomeridianam tam profundo sopore fuit obruta, ut ex eo humi jacens vix excitari & in lectum deportari potuerit. Hoc tempore ☽ à ⚹ ☉ ad ☌ ♄ defluxerat. Quamquam autem hîc varia medicamenta adhibita sint, ad revellendum humorem à cerebro, tamen omnia de die in diem in peius ruerunt, donec die 16. Novembris

vembri mane circiter tertiam, cum iterum ☽ à ☌ ☉ ad ✱ ♄ properaret perpetuo ſopore correpta expiraverit. Atque ita cauſa cœleſtis à radiis ♄ ac ☉ dependit: Nam initio morbi ☽ à ✱ ☉ ad ☌ ♄; ſub finem verò morbi à ☌ ☉ ad ✱ ♄ defluxit.

Deinde puella quædam unius anni conſanguinitate mihi propinquam die 9 Julii Anno 1632. fer. 2. peracuta febre laborare cœpit, quam exceperunt anxietates cordis inquietudines & vigiliæ perpetuæ, tuſſis, vomitus, oſcitationes & rigores. Initium huius morbi cecidit in □ ♄ ☽, quem ſeq. die ✱ ☉ ♂ ſecutus eſt. Hîc nihil quoq: medicamenta profecerunt, ſed nata die 12. Julij hora 5. pomeridiana, currente die quarto morbi, extincta eſt, quo tempore ☌ ♂ ☽ præceſſerat, & ☉ eo ipſo articulo in primum punctum ♌ ingreſſus fuerat. Ex quo & ſimilibus exemplis videre eſt, ingreſſum quoque ☉ in nova ſigna ad qualitatem criſis determinandam multùm valere.

Concluſio hiſtoriæ dierum Criticorum.

Quanquam plura exempla & regulas prioribus ſuperaddere poſſem: tamen cùm hæc Pædiæ pars jam ſatis excreverit, atque operæ typographicæ ob inſtantes nundinas ad finem properent; ideo alia quæ ad materiam hanc ſupplendam reſtare videntur, in peculiarem tractatum reſervabo, modò adhuc nonnulla de aſtrorum influxu in genere ſubjunxero. Nemini enim mirum videri debet, quod cauſſam dierum criticorum univerſalem ſoli ☽æ defluxui ad quadrata vel oppoſita loca aſtringere nequiverim: ſiquidem & antiqui Medici, ſi vires motuſq; Planetarum ſatis cognitos perſpectoſq; habuiſſent, in eo non acquieviſſent. Ideoq́ue ex conſtellationibus planetarum cum ☽a certiora præſagia de morborum eventibus & criſibus, quàm à mero ☽æ motu deſumi, certum eſt, etiamſi nondum omnia adeo præciſè definitè cognoſcantur, ſic ut perfectiùs nullo modo cognoſci queant. Eam ob cauſſam & Philiatri debent eſſe Aſtrophili, eoſq; has cauſſas cœleſtes non negligere decet, ex quibus præſagia morborum formare, & dies criticos prævidere poſſunt. Neq; etiam vanis objectionibus deterreri debent, quaſi aſtra nihil in hæc

inferiora contra naturam agere poſſint, cùm ſint corpora naturalia: ſiquidem unum idemq́ue corpus, exempli gratia, elementa, aſtra, animalia, medicamenta, alimenta, & ſimilia, prout propriè & ſecundum naturam conſiderantur, ſunt corpora naturalia; prout v. morbos inferunt, & qualitates hominum naturales ſanitatemq́ue mutant, hoc reſpectu cauſſarum morbiferarum habent. Neque etiam eos movere debet, quod multi ex 1. *Phyſic.* Ariſtotelis argumententur: actiones particulares non determinantur ab univerſalibus cauſſis: at generatio morborum eſt effectus particularis. Ergo ad cauſſam univerſalem & cœleſtem referri non debet. Quippe falſum eſt, quod Philoſophus eodem in loco univerſales cauſſas à generatione excludit, quatenus aut determinant, aut determinantur. Etenim contendit ibidem Stagirita, concedendum eſſe aliquod principium activum mobile, quod per ſuam præſentiam & abundantiam intendat varietatem circa generationem & corruptionem inferiorum corporum, cujuſmodi ſunt corpora cœleſtia. Atque hac ratione inferius vocatur inſtrumentum ſuperioris, quia inſtrumenti eſt parare materiam, principaliter agentis eam informare. Hinc ita pronunciat 2. *Phyſ. T.* 20. ἄνθρωπος ἄνθρωπον γεννᾷ καὶ ἥλιος. Neque etiam officiat autoritas Averrois, qui 1. *de cœlo comm.* & aliis in locis, aſſerit, corpora cœleſtia adverſa nobis eſſe non poſſe, niſi hoc univerſum corrumpi neceſſe eſſet. Item, aſtrorum non eſſe maleficia, ſed beneficia. Quandoquidem libenter concedimus, quod aſtra ſint bona DEI creatura, neque per ſe ἐνεργείας κακὰς intendant; quatenus verò ad univerſi conſervationem, generationem & corruptionem viciſſitudo neceſſaria eſt, eatenus etiam aſtra non tantùm ortus, ſed & interitus cauſſa philoſopho habentur, 2 *de generat. & corrupt. text.* 56. Proinde aſtra non mali quid ſimpliciter intendunt, ſed per accidens id fit: Corrumpunt nimirum per accidens, ut generent per ſe. Per accidens deſtruunt, ut per ſe conſervent. Hinc motus, poſitus & influxus cœleſtes, non omnes æquè omnibus hominibus ſalutares, & eorum valetudini utiles eſſe obſervatum eſt ab Hippocrate, *lib. de aëre, aquis & locis.* Ipſaq́ue experientia teſtatur, quod coitus configurationeſq́ue planetarum, præſertim ſuperiorum, Eclipſes, & nova Phœnomena cœleſtia, ſemina malorum, exempli gratia, dyſenteriæ, pleuritidis, anginæ, tuſſis, catarrhorum, carbunculorum, variolarum, morbillorum, ipſiuſque

peſtis

pestis ad nos dimittant, quæ ex abditis & infensis aëris constitutionibus & forti astrorum influxu ortum ducunt. Magnam enim vim in hæc inferiora inesse conjunctioni aut commixtioni trium superiorum Planetarum, præsertim ubi crebra & totalia accedunt Luminarium deliquia, & Mercurius astet, nemo negare audebit, qui non oscitanter cœli motus & res gestas contemplabitur, non in terrena solùm oculos animumque defigens. Etsi enim non eo inficias, multa particularia loca quandoquidem inquinari halitibus pestilentibus sulphureis & arsenicalibus auris ex abditis terræ cavernis emissis, quibus & metallicos sæpè extingui compertum est; tamen nulla erit unquam putredo adeo magna, quæ in tam amplos atque patentes aëris tractus tantam molem halituum disseminavit, ut simul in pluribus, eisque remotissimis locis, fomitem in aëre pestilentis malignitatis accenderit, multosque annos duraverit: unde necesse est, ut interdum solo influxu & virtute occulta stellarum citra aëris putredinem, calidamque & humidam dispositionem morbi maligni, ipsaq; pestis produci possint. Sæpè enim animadversum est, æstatem ferventissimam nullum pestilentiæ genus protulisse, interdum pestilentiam hieme initium cepisse, quæ æstate media soluta sit, sicut id pluribus inculcat Fernelius, *lib. 2. de abdit. rer. causs. cap. 12.*

Ab Abbate Urspergensi, Cuspiniano, aliisque historicis traditum est, Anno 1125. tantam pestem Europæos afflixisse, ut tertia pars hominum interiisse credita sit, & vix qui cadavera sepelirent, superstites fuerint. Eo tempore constat sub ♍ signo coiisse Saturnum, Jovem & Martem, nec non præcessisse frequentes Luminarium obscurationes; Qui sequutus est deinceps truculentus pestilentiæ morbus, anno 1345. is in Asia incepit, & tandem in Europam penetravit, quam adeo vastavit, ut ferè quinquennij spacio dimidia hominum pars extincta sit, ut in Chronico Belgico, Citizensi alijsque legere est. Eo quoque tempore superiores synodum in aquario mense Martio celebrarunt. Hanc pestem & Avignioni in Galliis valdè grassatam esse, scribit Guido de Cauliaco, *in Chirurg. sua tract. 2. capite 5.* Alia rursus pestilitas Europam pervasit, anno 1484. Saturno & Jove in Libra copulatis, ubi adversi atque infesti diametrales Martis radii accesserunt. Ne hîc memorem illam pestem, quæ post conjunctionem superiorum in Leo-

ne multis in locis grassata est, de qua alibi à me dictum. Concludo igitur, Astrorum influxus morbos non per se, sed per accidens inferre & significare posse, easque circa primum decubitus ægrorum tempus, & in diebus decretoriis magnam vim obtinere.

Finis tertiæ sectionis Pædiæ Astronomicæ continuatæ altera in parte.



EPHEMERIS
MOTUUM COELESTIUM
ad annum æræ Christianæ M. DC. XLI.

Annus hic est primus à Bisextili, cujus Character est Periodus Scaligerana 6354.

Numerantur

A Condito Mundo secundum Sethi Calvisij supputationem.	Anni	5590.
A Diluvio.		3934.
Ab Exitu Israëlitarum ex Ægypto.		3138.
Ab anno Nabonazaræo.		2389.
Ab anno Olympiadico.		2416.
Ab obitu Alexandri Magni.		1964.
Ab anno Juliano.		1685.
A passione & morte Christi.		1608.
Ab anno æræ Diocletianæ.		1357.
Ab Hegira seu fuga Mahometis.		1050.
A Correctione Calendarij Gregoriana.		59.

In Juliano.		*In Gregoriano.*
8.	Aureus Numerus.	8.
26.	Cyclus Solis.	26.
C.	Literæ Dominicales.	F.
9.	Indictio Romana.	9.
28.	Epactæ.	18.
Hebd. 10. dier. 2.	Intervallum minus.	Hebd. 6. dier. 5.

Festa mobilia & immobilia præcipua secundum utrumq; Calendarium, Julianum & Gregorianum ad dies suos asscripta in Ephemeridibus inveniuntur.

Hoc anno Ingressus Solis in quatuor puncta signorum Cardinalium, ad Meridianum Uraniburgicum & tempus apparens, accidit Juliano Stylo.

☉ in	♈	Die	9	Martij.	H. 16.	Min.	48.
	♋	Die	10	Junij.	H. 20.	Min.	11.
	♎	Die	12	Septem.	H. 10.	Min.	44.
	♑	Die	10	Decem.	H. 22.	Min.	17.

DE ECLIPSIBUS LUMINARIUM
per Annum M. DC. XLI.

QUadrigam Eclipſium pleriſq; annis ſolennem etiam præſens hic annus 1641. revehit, duas Solis, & Lunæ totidem: etſi una duntaxat Lunæ, eaq; penultima in noſtra videbitur Europa. Nos igitur in hac Ephemeridum parte ad experiendam fidem præmiſſæ noſtræ Eclipſigraphiæ, & revidendum calculum Origani, ſicubi correctione indigeat, in illis quoq; Eclipſibus, quæ ad Antipodas & Periœcos noſtros ſpectant, atq; in altero hemiſphærio obſervabuntur, exercebimus, ut diligentiam Dni. Origani ac Kepleri æmulemur, noſq; ad ſequentes reliquorum annorum Eclipſes, ubi nullius Ephemeridiſtæ veſtigia amplius apparebunt, præparemus. Et forſan etiam reperientur nonnulli Aſtrophili in America, & inferiore hemiſphærio, qui ex amore medendi defectui Geographiæ ad hæc loca per navigia delati harum Eclipſium obſervationi invigilabunt, atq; inde Meridianorum differentiam emendabunt, eiuſq; fructum ad publicam utilitatem referent. Ad quem finem etiam præfati Aſtronomi reſpexerunt. Brevior autem ero in recenſendis illis defectionibus Luminarium, quæ infra terram apparebunt: prolixior autem in illis quæ à nobis Europæis conſpicientur. Et quicquid in prima Ephemeridum parte breviùs de Eclipſibus infra terram dictum eſt, illud cum bono Deo in anniverſariis meis Prognoſticis fuſiùs proſequar.

I. ECLIPSIS LUNÆ.

TEmpus æquale mediæ ☍ ☽ Uraniburgi accidit die 15 Aprilis, S.V hora 4/15 min 36 ſec. à media nocte Intervallum inter mediam & veram ☍ addendum eſt 8 hor. 40/21//. Ita ut tempus apparens & correctum veræ ☍ contingat Uraniburgi hora 1. min. 5 ſec 13 poſt meridiem. Medium autem tempus, quod ſemper in Ephemeridibus ponitur incidit in hor. 12. 55/57//. meridianam. Luminaria ad hoc tempus inveniuntur, & primò quidem ☉ in 5 gr. 34. ʹ3. ♉. ☽ in 5 gr. 34/1. // ♏. Anomalia ☉ 4 Sex. 57 gr. 10/46//. Anomalia ☽ coæquata 2 Sex. 26 gr 3ʹ/2// Latitudo vera Merid. Deſc. 33/58// Semidiameter ☽ ſimplex 17 S 7//. Semidiameter umbræ terræ 46 S 31 //. Variatio umbræ ſubtrahenda 9//. Correcta Semidiameter umbræ terræ 46 S 22//. Aggregatum SS d d. 63 S. 29 //. Pars deficiens reſpectu totius diametri ☽ 29 S 31//. Hinc digiti Ecliptici proveniunt decem, 20/48//. Proinde qui habitant in Longitudine Terræ, quæ ab Uraniburgico Meridiano per 10 horas 55/verſus ortum removetur, in Longitudine nimirū terræ 200 & dimid. gr. illi Eclipſin ☽ in Meridiano obſervabunt; cujuſmodi ſunt populi qui habitant in Inſulis Salamonis, in Inſula de la Agnada, non procul à nova Guinea, & Mexicana, in Quivira, extremitate Occidentalis Mexicanæ, ubi inveniuntur noſtri Antipodes & Periœci: illis enim media nox eſt, quando nobis eſt meridies, & quando nobis eſt media nox, illis eſt meridies. Huc & pertinent populi qui regnum Chinarum habitant, vicinumq; magni Chami, & qui habitant in Oceano Magellanico verſus Auſtrum, in Beach, Malatur, in Meaco regia Japoniæ Inſula, in extremitate Orientali novæ Guineæ & in Inſulis de la Magdalena. Tempus incidentiæ Eclipſis ferè ſeſe ad ſeſquihoram & tota duratio ad trihorium extendit, atq; in illis regionibus quarum Latitudo major eſt 50 gradibus minor hæc Eclipſis conſpicietur. Typum autem Eclipſium nobis non apparentium omiſi ad minuendos harum Ephemeridum ſumtus, & quod quantitatem earum ex digitis Eclipticis & Latitudine ☽ quiſq; facilè æſtimare poſſit.

II. ECLIPSIS SOLIS.

*Media ☌ ☉ ☽ in hâc Eclipſi accidit Uraniburgi die 29 Aprilis, S V. hora 10, 37/37// à meridie. Intervallum mediæ & veræ ☌ ſubtrahendum eſt 48 4 Tempus apparens veræ ☌ fit hora 9 59/25// poſt merid. Medium h 9 49 ...
Quo tempore Anomalia ☉ invenitur 5 Sex 11 gr 30/33//. Anomalia ☽ coæquata 5 Sex 38 gr. 49/7//. Loca Luminarium in 19 gr. 2ʹ/30.// ♉, Motus Latitud. Lunæ coæq 3. Sex. 7 gr. 58/30// Latitudo ☽ vera Merid Aſc. 41/34//. Cum autem hæc ☌ nobis ecliptica eſſe nequeat, eò quod Luminaria ſint infra Horizontem conſtituta: idcirco nobis inveſtiganda ſunt hujuſmodi loca, in quibus vera ☌ cum viſa in 90 Eclipticæ gradu concurrat, qualia ſunt loca, quæ ſita ſunt ſub ...*

situdine 261 gr. 5/ & Latitud. Austr. 31 gr. Quo spectant illi populi qui habitant in vastissimo Oceano Magellanico versus Austrum, in Occidentali Peruana parte, in parte Americæ Meridionali, quæ adjacet Chili regioni, supra mare del Zur seu mare pacificum, in mari Indico Occidentali, in Insulis infra Cubam Occidentalioribus, in illis terræ locis, quæ Hispaniæ nova adjacent: Illis enim Luminaria in meridie hora 12 min. 56 sec 44// in nonagesimo gradu versabuntur, & ☉ integer ferè obscurabitur: nam illi sunt nobis per 9 hor. 7/ 41// Occidentaliores & subjacent Latitudini loci 31 gr. Illa verò loca quæ propius Æquatori adjacent sub eadem Longitudine, ut sunt Peru Australe, Lima, Panama, Sagienni, Caribut, Isthmus Mexicanus, & Insulæ Salamonis, ibi Eclipsis ☉ brevior erit: illis autem, qui sub præfata Latitud. 31 gr. Austr. inveniuntur, omnium erit maxima: nam ibi datur Altitudo ☉ 35 gr. 39/. Distantia ☉ à meridiano 25 gr 12/ Parallaxis ☉ 2/ 19. Parallaxis Latit. ☽ 46/10//. Parall. Lat. ☽ à ☉ in Septentr. 43/51 // visa Latitudo ☽ Sept. 2/17//. Semidiameter ☉ 15/5//. Semidiameter ☽ 15 S 19//. Aggreg. SSdd 30 S 24//. Pars deficiens 28 S 7//. Hinc prodeunt digiti Ecliptici 11 & 11/ Verus motus horarius ☽ à ☉ est 25/ 29// visus 13/42//. Ita ut tempus incrementi sese extendat ad duas horas, & tota duratio ferè ad quatuor. Tu diligens Astrophile habes hic materiam Te exercendi in Eclipsigraphia. Vos verò periti sideralis scientiæ, qui forte ad hæc loca devenitis, habetis ansam hanc Eclipsin observandi, eiusq; τήρησιν mecum communicandi, ut conjunctas operas ad emendationem differentiæ Longitudinum locorum conferamus.

III. ECLIPSIS LUNÆ IN NOSTRO HORIZONTE CONSPICUÆ CALCULUS.

	Sexag. vel dies	Gradus vel hora	M /	S //
Media ☍ accidit	9. Octob. a m.	8	19	54
Intervallum int. med & veram Syzygiam subtr.		11	45	36
Tempus medium veræ ☍	8 Octob. p m	7	54	18
Tempus apparens veræ ☍		8	1	50
Anomalia ☉	1	51	5	5[illegible]
Longitudo ☉ vera	3	25	35	40
Anomalia ☽ coæquata	4	56	56	52
Longitudo ☽ vera	0	25	36	41
Argumentum Latit. ☽	2	52	42	59
Latitudo ☽ Septentr. D.	0	0	37	59
Semidiameter ☽ simpl.			15	S50
Mutatio Semid. ☽ ob elev. poli A in Hvena.			2	20
Correcta Semid. ☽.			18	S.0
Semidiameter umbræ terræ			43	S53

	Sexag vel dies	Gradus vel hora	M /	S //
Variatio umbræ subtr.			0	22
Correcta Semid. umbr. T.			43	S31
Aggregatum SSdd.			61	41
Pars deficiens respectu totius Diametri ☽			23	42
Hinc digiti Ecliptici		7. D.	49	39
Scrupula casus s. incident			48	36
Quæ divisa per motum horarium ☽			29	17
Tempus incidentiæ ostend.		1	39	35
Ut tota duratio sit		3	19	10
Latia ☽ ad Ecl. initiũ S. D.			42	32
Latia ☽ ad Ecl. finem S. D.			33	26
Et initium Eclips. in Meridiano Uraniburg. p.m.		6	22	15
Medium seu vera ☍ tempore apparente		8	1	50
Finis tempore apparente		9	41	25

Hic Dn. Origanus lapsu forsan calculi durationem huius Eclipsis per semihoram longiorem quàm revera futura est ponit. Ille enim ponit 3 hor. 49/ 36// cùm saltem sit 3 hor. 19/10//. Vides igitur fructum retexti calculi. Cæterùm quæ nobis per trihorium & quinquaginta octo minuta Orientaliores sunt sub Longititud. 96 gr. 17/ ceu sunt illi populi qui habitant ad Marmoream civitatem Moscovitici Imperatoris, ad Hyrcaniam, Schytato, ad caput de Obii, ubi fluvius Obii in Oceanum Tartaricum influit, & in quadam Persiæ parte, ex. gr. ad Susan vel Sostrum & Ormum ac Ecbatanam quæ hod. Tauris dicta, & ad radices montis Orontæ in Armenia sita est, atq; 8 dierum itinere à mari Caspio remota, hanc Eclipsin in ipso Meridiano videbunt.

Quartæ Eclipsis calculus videatur in fine huius Ephemeridis.

8 Octobr.



150 pro Syl [illegible] complet anni Radix

